iea

VITT. EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
34
3 A
19

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
M

II
11
A
II
11
A

PROGYMNASTICES ORATORIÆ

EPITOME,


PRAXIN GRAMMATICAM,
Dialecticam, Rhetoricam, in Variatione, Dilatatione, Contractione, & Expolitione Latini ſermonis docens,

Ad comparandam

RERUM VERBORUMQUE COPIAM,
In uſum Tyronum Eloquentiæ ſtudij,

Edidit

JOHANNES HENRICUS URSINUS.



BIBLIOTECA NAZ. V. E. ROMA

NORIMBERGÆ,
Sumptibus MICHAELIS ENDTERI,
Anno M, DC. LIX,

VIRO CLARISSIMO
DOMINO

CHRISTOPHORO
ARNOLD,

THEOLOGO ET PHI-
LOLOGO EXIMIO,

Eloquentiæ, Poëſ. ac Græc. Ling.
Profeſſori Publico, & Templi Ma-
riani apud Norimbergen-
ſes Diacono:

Amico, Fautori, & Fratri
colendo,

Pignus perennis amicitiæ

dicat Autor.

PROGYMNASTICES ORATORIÆ EPITOME.

LEctori Candido S. D. *Sæpè equidem miratus ſum, quî factum ſit, ut antiquiſſima hæc & utiliſſima præexercitationum Rhetoricarum ratio adeò in oblivionem & deſuetudinem venerit, ut omnibus ferè Scholis hodiè non modò ignorata, verùm etiam eliminata ſit. Neq; enim dubitabam unquam, ex præpoſtero hoc ſtudio eveniſſe, ut* flexanima illa & omnium

Regina Eloquentia, *cujus tamen ſupra omnium ſtudiorum genera, tam in Eccleſia quàm in Republica, quod nemo negare poſſit, ſumma eſt & utilitas & neceſſitas, in extremum deducta contemptum, etiam in publicis Academiis ferè omninò obmutuerit. Neque hîc Doctorum aliquod peccatum arguendum; ſed defectus potiùs deplorandus eſt. Nam cùm vel doctiſſimis idem eveniat, quod* Piſcatori *Petroniano*, qui niſi eam impoſuerit hamis eſcam, quam ſcierit appetituros piſciculos, ſine ſpe præ-

prædæ moratur in ſcopulo; *ut nempè dilabentibus ad alia omnia ſtudia adoleſcentulis, ſoli deſertis in auditoriis relinquantur: hinc fit, ut pauciſſimi in deſpecta cathedra durare, bonoq; ſtomacho tantum contemptum concoquere poſſint.* Excitat auditor ſtudium: & in ſteriles campos nolunt juga ferre juvenci. *Hæc nobis, ut iterum Petronii verbo utar;* Tropica *perverſa iſta Scholarum ratio* inſtituit. Primùm *enim, quæ in Scholis pueri neque didicerunt, neque diſcere potuerunt, ea poſtea in*

Academiis vel erubeſcunt diſcere, vel magno etiam ſupercilio deſpiciunt; peſſimo, quod in Scholis trivialibus conceperunt, occupati præjudicio: quemadmodum corrupto guſtus ſenſu, & depravato palato ac ſtomacho, etiam ſaluberrimi, planeq́ neceſſarii cibi faſtidiuntur. Deindè *ut aquas horrent, natatuq́ transmittere nunquam audebunt, niſi qui priùs, cum veſicis inflatis, aut faſciculo junceo, ſe iis crebriùs commiſerint; neq́ arma in ſerio congreſſu, cum fiducia vincendi, tractabit, niſi qui tyro iis ſubindè*

de præluſerit : ita illi in Academiis ab Eloquentiæ ſtudio, difficultate, quæ rebus pulcherrimis perpetuâ lege adnaſci ſolet, deterriti, ex pervenienti præſumpta deſperatione, reſiliunt; eò quòd in Scholis, ex primis his præexercitamentis, neq; deſiderium tantæ rei, neq; ſpem ullam conſequendi, conceperint. Quamobrem cùm tales, poſt confectum Academicum curriculum, tandem ex umbra quaſi in lucem, & è Schola in publica munia Eccleſiaſtica, loquor enim de mei ordinis hominibus potiſſimùm, progreſſi fuerint;

rint; ubi ſe omnibus neceſſariis præſidiis viderint deſtitutos, tum demum ſerâ induſtriâ præteritorum annorum negligentiam compenſare ſtudent, ſeſeq́ tandem Eloquentiæ ſtudio applicant; animo quidem erecto; ſed labore fermè inſuperabili, & eventu non rarò irrito, quod exemplo meo teſtari poſſum. Alii, *& quidem pars multò maxima, brevi compendio rem maximam ſic comprehendunt, ut pſittaci humanam noſtram loquelam: quorum vel loquaciſſimo ſi aliena verba ſubducantur,* ſtatuâ taciturnior *pendebit in*

in cavea ſua, aut incondito clamore odium creabit ſibi, faſtidium audientibus omnibus.

Quæ cùm ita ſe habere, omnium Bonæ Mentis ſtudioſorum confeſſione, conſtet; non dubito, quin iidem mecum ſeriò optent, ut vetuſtiſſima illa, in ſtudio hoc ſummè neceſſario, proficiendi lex & ratio in Scholas iterum reducatur; quò poſt artis dicendi bene poſita rudimenta, ad ejusdem olim perveniri poſſit experimentum. Enimverò cur iſta ratio obſoleverit, tacitâ quâdam in Scholis docentiū diſcentiúmve conſpiratione;

cauſſas, *præter alias, quas prætereo, videor animadvertiſſe* duas: Alteram; *quòd ſolus Aphthonius vulgò notus fuerit. Progymnaſtices hujus autor, pulcherrimus ſanè quàm & utiliſſimus, ſed ipsâ brevitate obſcurior:* alteram; *quod quicunque veterum de hac præexercitatione aliquid ediderunt, doctrinam hanc nec plenè nec planè ſatis comprehendiſſe; quin potiùs & imperfectam, & quodammodò confuſam intricatamque, neque noſtris moribus & uſibus accommodatam, reliquiſſe viderentur. Ego itaque, ut inter*

ter eos, quibus, quòd adeò ab antiqua Methodo deſcitum ſit, medullitùs dolet, nomen meum profiteor; ita Clariſſimorum Theologorum noſtri & ſuperioris ævi ſecutus exemplum, nihil à functione muneris mei facturus alieni, inter graves & varias alias occupationes, navare hanc Eloquentiæ ſtudioſis benevolentiam meam operamq́; volui, impedimentaq́; illa quoquo modo, pro virili parte, amoliri. Quare & Præcepta *veterum, quotquot quidem ad manum erant, in Compendium retuli: &* Exempla *quamplurima, non*

à me effictа; ſed ex omnì genere Scriptorum celeberrimorum, majoris autoritatis gratiâ, deſumpta & collecta, adpoſui, quibus Aphthonii brevitas ſuppleretur & illuſtraretur obſcuritas. Quod ſupereſt, *ne prolixitas à legendo abſterreat, & ut confuſioni, ſi qua ſit, remedium afferam, age totam hanc Progymnaſtices Oratoriæ doctrinam in breviſſimam* Epitomen *redigere conabor. Tu, mi Lector, fave, ſique opus operæ, promiſſoque eventus non, pro voto meo, aut exſpectatione tua, reſponderit,*

boni

boni conſule; & ſi tibi vel otii plus ſuppetit, vel ingenii, quorum utriusque mihi perparum eſt, ſuccede oneri, inq; tam laudabili & neceſſario conatu laborantem adjuva. Iuventutem autem ejusq; moderatores ſi exoravero, ut exercitiorum horùm aliquod periculum facere, & in utraque Lingua (vernacula ſcilicet noſtra ac Latina; cùm utriusque præſidiis fultum eſſe oporteat, qui ſe DEO & Reipublicæ probare velit utilem & commodum) ad iſtum ſe modum aliquantum exercere dignentur;

 ita,

ìta, ſpero, præcepta è ſtudio hoc utilitas hanc rationem approbabit, ut verborum commendatióne non ampliùs futurum ſit opus. Salve & , ſi vis, utere, quod ut cum emolumento tuo, Reipublicæ, Eccleſiæq; maximo fiat, Deum maximoperè rogo & quæſo.

PROGYMNASTICES ORATORIÆ

PARS PRIOR.

I.

PRogymnaſtice Oratoria eſt Iſagoge Rhetorica, rationem tradens, quâ Rhetorum diſcipuli, certis quibusdam præexercitamentis, ad dicendi artem præparentur.

2. *Partes* ejus duæ ſunt; Prior *Communis;* quæ quamcunq; orationem docet exponere, variare, dilatare, contrahere. [*Pertinet huc ferè totus Eraſmi de Copia Verborum & Rerum libellus.*]

3. Poſterior *Propria;* quæ certa orationum ſpecies, quæ *Progymnaſmata*

ſmata propriè dicuntur, dilatare docet, aut & variare dilatationem, pro loco, tempore, cæteriſque circumſtantiis.

4. *Materia* ſive *objectũ* Partis Communis eſt oratio quæcunque: vera ſcilicet aut falſa; affirmativa aut negativa; ſimplex aut conjuncta, *de qua in Logicis:* vel etiam hortatoria aut dehortatoria; laudativa, vituperativa, comparativa: morata aut affectuoſa, *de quibus in Rhetoricis, &c.* de Perſonis, Rebus, Dictis, Factis.

5. *Forma* in *Expoſitione* & *Expolitione* conſiſtit.

6. *Expoſitio* orationem vel ſimplici vel multiplici modo, purè, propriè & perſpicuè, proponit: *Expolitio* eandem eleganter & vel copioſè vel conciſè amplificat, dilatat, contrahit, exornat. Prior ad

Gram-

Grammaticã ſpectat: poſterior ad *Dialecticam* & *Rhetoricam*. Sit ergò

CAPUT I.

De Expoſitione Grammatica.

7. HUjus igitur conſiderandæ ſunt *virtutes* & *formæ*.

8. *Virtutes* ſunt *puritas*, *proprietas*, *perſpicuitas*: contraria *puritati* eſt oratio peregrina, barbara, vitioſa, ſordida; *proprietati* impropria, translata, figurata, non q. nativè ſignificans, inuſitata: *perſpicuitati* obſcura, ambigua obſoleta, novata, &c. *de quibus Rhetores paſſim, vide Voſſium l. 4. Inſtit. cap. 1. Eraſm. de Copia 1. cap. 10. & ſeqq.*

9. *Forma* Expoſitionis hujus eſt vel *ſimplex*, rem ſimpliciter exponens, vel *varia*, eandem multis modis invarians.

10. *Simplex Expoſitio* fit, ſecundùm

dùm Regulas Grammaticas, modo vel *abſoluto & libero*, cùm quidlibet ſcribimus vel dicimus, quomodo libet; vel *relativo & adſtricto*, cùm exemplar quoddam ſequimur, & exprimendum habemus; ſive per Μεταβολὴν *interpretando* & transferendo ex una lingua in aliam; ſive per Μετάφρασιν *vertendo* ex ſermone ligato in ſolutum, aut viciſſim; *de his infrà lib. 1. cap. 2. num. 3. 6. & cap. 3. num. 3.* ſic ſimpliciter dico: *Pietas omnium Virtutum utiliſſima eſt.* Per Μεταβολὴν ex 1. Tim. 4. *Pietas ad omnia utilis eſt.* Per Μετάφρασιν in ſoluto ſermone; *Piis mentibus certiſſima repoſita ſunt præmia*, ex illo Valerii Flacci- *ſunt namq; piæ ſua præmia menti*, de quo *lib. 2. in Paraphraſi.*

II. Variatio modis fieri poteſt ferè infinitis: in univerſum tamen, & craſſiore Minervâ, duobus:

bus: vel enim verba *alia* pro aliis ponuntur; vel *eadem* retinentur.

12. Verba, ſive vocabula, quæ *pro aliis* permutantur, vel ſunt *idem ſignificantia* per *Synonymiã*; vel *æquè pollentia*, per ἰσοδυναμίαν: Hæc ad *Dialecticam expolitionem* magis referenda eſt, eoque differtur. Prior *Grammatica* & hujus loci eſt.

13. *Prima* igitur & ſimpliciſſima variandi ratio *in Synonymis* ſita eſt, quæ diverſa cùm ſint, eandẽ rem omninò declarant, ut; *enſis*, gladius: *Liber*, codex: *forma*, decor, pulchritudo. *Eraſm. 1. cap. 11.* Horum è bonis autoribus undecunque comparanda ſupellex eſt, ut in promptu ſint; & congeſta talia reperiuntur *in Phraſeologiis*, ut vocant, variorum Scriptorum. Quibus tamẽ cum judicii delectu utendum eſt. Exempla ſunt *infrà l. 2. de Paraphraſi.* 14. De-

14. Deindè *retentis* iisdem verbis, variatur oratio ſimpliciùs per *Heteroſin,* quando manentibus iisdem orationis partibus ſola mutantur ejus *accidentia* ut qualitas, genus, ſpecies, caſus, numerus, perſona, gradus, &c. Operoſiùs verò per *Antimeriam,* quando ipſæ *Partes orationis* permutantur; aut per *Enallagen* conſtructionis, quando variatur *Syntaxis*: ſimpliciſſimè per *Hyſteroſin*, quando verborum *ordo* tantùm invertitur. Nam in iſtis prioribus duabus formis ferè aliquid addi aut ſubſtitui neceſſe eſt; in hac nihil.

1. Ita *Synonymia* eſt: *Timor ille cultusq́; DEI*, ſincera religio, & veneratio Supremi Numinis, humano generi univerſo *maximè ſalutaris,*

lutaris, & ad omnia bona comparanda *perquàm idonea, commoda*, rebusque omnibus opportuna eſt: *ex qua ſola hanc Sententiam vicies & ampliùs poteris variarē; fac periculum.*

2. *Heteroſis eſt qualitatis*, cùm ex nomine *ſubſtantivo* fit *adjectivum*: ex *appellativo proprium*, aut contrà: ita ſi dixeris; *Piæ mentis magna eſt utilitas.* Quid *Iobo, quid Davide, quid Daniele beatius fuit?* aliud enim hujus exemplum non occurrit. Sic pro pio dicas *Chriſtianum.* Nam ut canit Paulinus ad Auſon.

Pietas abeſſe Chriſtiano quî poteſt?

Heteroſis Generis; ſi pro *pia mente pium animum, pium cor ponas*: *numeri*, ſi pluralem pro ſingulari; *piarum mentium commoda & præmia innumera ſunt*; *caſus*; ſi pro

ſi pro rectis obliquos ; & per omnes nomina declines : *Pietas ad omnia utilis* : Pietatis *ad omnia ſumma utilitas* : Pietati *certum eſt ſummam ineſſe utilitatem, ſummaq́; repoſita eſſe præmia* : Pietatem *quis neget ad omnia eſſe utilem ? conſtat, palàm eſt, ſummè eſſe neceſſariam & ſalutarem* : O Pietas *homini tutiſſima, utiliſſima, virtus* ! A Pietate *omnes utilitates, omnia commoda promanant*. Sic variari poſſunt *gradus* : *Pietate nihil* utilius : *rebus omnibus* utilior, *ad omnia* utiliſſima *eſt Pietas* : ſic *ſpecies & figura* aliquando, & cætera quoque, ſi verba ſint in oratione, *Verborum accidentia*, ut mox *in Antimeria*. Ergo

3. *Antimeria* ſimplicior eaque & facilior & copioſior eſt, cùm *pro Nomine* ponitur vel *Verbum*

bum vel *Participium:* ut; pro Pietate, *Deum colere:* pro pio, *Deum timens*, Eraſm. cap. 13. His jam iterum accidit *Synonymia;* ut: Deum timere, *vereri, venerari*, Item Deum timens, *DEI timens, eumq́; venerans:* & *Heteroſis*, per Verborum & Participiorum accidentia. Vario itaque hanc Sententiam noſtram, exempli gratiâ, *per Antimeriam 1. cum Synonymia:* Pietati ſtudere, deditumque eſſe, ad omnia prodeſt, ad omnia bona expedit; ad omnes commoditates, vel omnium commoditatibus, ſaluti, vitæque rationibus ſingulis & univerſis conducit: fructus, utilitates, commoda, emolumenta habet continetque innumera; operæ pretium, præmium, lucrum, compendium ingens adfert, &c. *2. cum Heteroſi*

Generis

Generis Verborum; Qui Deum colit, à quo Deus colitur, qui timet, qui veretur, ei hæc Pietas omnia bona adfert, à Pietate omnia commoda adferuntur; ſemper vivit feliciter, agit proſperè; omnibus commoditatibus affluit, cumulatur: omnia bona adipiſcitur,&c. *tum & Numeri;* Qui DEum obſervant & ſequuntur, nulla non bona ab eo conſequi ſolent,&c. *Perſonarum;* Ego ſi Deum colam, ſufficit: habeo, quod volo, quod conducibile eſt, omne. Tu ſi verearis Summum Numen, certus eſto, ne dubites; accipies ampliſſimam gratiæ mercedem, *& ſic deinceps:* huc refer *imperſonalia;* Ita decet, convenit, oportet, ut Deum timens omnibus bonis ab eo ditetur! *Temporum;* Quis unquam coluit

Deum,

Deum, qui non omnia conſecutus ſit? Nemo colet Deum fruſtrà; nemo non omnia ab eo impetrabit bona. *Modorum;* ama Deum & venerare, & habe, quicquid uſpiam boni eſt: utinam coleremus Deum, omnia certè commoda conſequeremur! Timere Deum omne bonum eſt poſſidere. Quantum emolumenti ſemper contulit Deum coluiſſe? Una ratio hæc eſt adipiſcendi omnia: Deum reverendo nihil non boni conſequi poſſumus: ad conſequendum omnia bona unicè utilis & neceſſaria eſt Pietas. *Ita & Conjugationum;* Deum amare, timere, diligere, eique obedire cauſſa bonorum omnium eſt.

Jam *Participiorum* variandorum eadem ratio eſt, per ſua accidentia, quæ partim à Nomine, par-

tim à Verbo, mutuantur. Et ſi quis ad iſtum modum *omnia ſynonyma* Nomina & Verba *per talem Heteroſin commutet*, quæ in Subjecto aut Prædicato hujus Sententiæ reperiri poterunt, cogita, quàm infinita ſit futura hæc variandi ratio?

V.G. Varia per *caſus, Dei Nomen:* Deus colentibus ſe omnia largitur: Dei hoc eſt proprium: hoc Deo convenit & perpetuum ac ſolemne quaſi inſtitutum, mos & conſuetudo eſt: Deum hoc facere & præſtare timentibus ſe nemo negabit, omnium confeſſione conſtat. O Maxime Optime Deus quàm munificus es in omnes pios! A Deo timentibus Deum omnia bona proveniunt. Sic varia *Nomina, utilitas, fructus, commoda:* & *Adjectiva utilis, conducibilis, fructuoſus, commodus*, per *genera*

& *gradus* comparationis: tum & *Verba* timere, colere, prodeſſe, conducere & ſimilia *per tempora*, *perſonas, modos*; Quin & *Participia*, per *genera*; *ut*: Deo deditus, Deo mens dedita, cor addictum: *per numeros*; Deum timens, timentes: *per caſus*; Deum colentis immenſa remuneratio eſt, præmia & commoda nullo comprehendi poſſunt numero: Deum timenti firma ſpes eſt obventura omnia bona, &c. *perq́ tempora*; Deum amans, amaturus: à quo Deus ſemper cultus eſt, qui ſemper colendum ſibi propoſuit, &c.

4. *Antimeria cæterarum partium* orationis difficilior eſt, & ſine additione fieri vix ſolet. Sic *pro Nominibus, Verbis, Participiis* pone *Pronomina*; *Ego*, inquit Pie-

tas, ad omnia ſum utilis: *mihi* bona omnia obveniunt: *me* colens omnia bona accipit: *meum* eſt, quicquid uſpiam boni eſt: *mea* ſunt omnes utilitates: *mearum* commoditatum nullus eſt numerus: *meis* fructibus nihil eſt utilius: ita per cætera progredere Pronomina, eaque per Heteroſin varia. *Tu* ô Pietas ad omnia fructuoſa es: Deum *ſuum* timens ſciat *ſeſe* à Deo percepturum omnia bona: *Ille* largiter beabitur: *illius* erit bonum omne, quod uſquam eſt: *illi* largietur Deus omnia, &c. *Quis* beatior iſto? *quæ* major poſſit eſſe commoditas? *quid* conducibilius Pietate? *cujus* tam infinita ſunt commoda: *cui* tot bona obveniunt: *in quam* omnia confluunt & conveniunt. *Noſtra* omnis hac in re ſita eſt ſalus & ubertas bonorum *noſtrorum* omnium: *Noſtris*

ratio-

rationibus nihil æquè ſalubre, commodum eſt.

5. Adde nunc *Adverbia*, *Conjunctiones*, *Præpoſitiones*, *Interjectiones* : 1. *Quoties* apparuit Pietatis infinita utilitas? *Centies millies* utilior eſt cæteris rebus omnibus: Sexcenta millia commodorum continet: *Non jam nunc modò*; *verùm ſemper*, omni tempore: *nunquam non*, *nusquam non*; *quando non*, illa utilis? non *hîc* tantùm aut *iſthic*; ſed *ubicunq;*, quocunque loco, *usquequaq;*, modis omnibus: *Quo* te *cunq;* vertas; ſive *ſurſum* adſpicias, ſive deſpicias *deorſum*; nihil *domi foriſve*, nihil in cœlo aut in terra utilius occurret animo, oculis obverſabitur. *Vbi* non illa conducit? *Quò* fructus eius non pertingunt? & *unde* vitæ commoditates omnes, omniſque ſalus humano generi? non *aliundè niſi* à Pie-

tate in Deum. *Quantum* prodeſt timere Deum? *Quomodo* omnibus bonis cumulantur pii? *quàm largiter, quàm affluenter, copioſè?* annon *abundè,* quantum *ſatis* ſit, adepti ſunt bonorum, qui Pietatem colunt? utiliſſima *ſanè quàm* & *nimiſquàm* neceſſaria ad omnia bona eſt Pietas: *Quàm* eſt utilis, *tam* neceſſaria: *non minùs* fructuoſa, *quàm* neceſſaria: *ita* [*perindè, æquè*] commoda; *uti,* [*atq;*] neceſſaria: *Scilicet,* quicquam utilius ſit: *Næ, profectò,* omnes commoditates in ſe complectitur, & *cætera ad eundem modum.* 2. Pietas *cùm ſummè* utilis, *tum maximè* neceſſaria eſt. Quonam tempore, *quove* loco, non illa *aut* ſalutaris, *aut etiam* neceſſaria eſt? *Quanquam* pauci colaut, eſt *tamen* ſaluberrima: utiliſſima; *quamlibet, tametſi,* rara inter homines: diffi-

cilis,

cilis, *ſed enim, enimverò*, ad omnia utilis eſt; *imò* neceſſaria: nemo certè quicquam caducorum hujus vitæ bonorum rectè queat conſequi, *nedum* æternorum, absque Pietate: *vix* ſine ea quisquam felix erit in terris; *quantò minùs* beatus in cœlis? *ne quidem* peritura hæc quisquam ferè obtineat, *nedum* æterna illa & ſemper duratura: *Tantum abeſt*, ut ſalvus eſſe poſſit, ut *ne quidem* exitium effugiturus ſit. *Quamobrem* ſic ſtatuamus; Pietatem rerum omnium eſſe utiliſſimam, &c. 3. *A Pietate* bona omnia proficiſcuntur; *ex ea* promanant: *in ea* continentur: omnia *propter eam*, *per eam*, *ad* homines deveniunt: eam *ponè* ſequuntur: *ante* beatitudinem præcedat Pietas oportet: *Pone* hanc venit omne bonum & æterna ſalus. 4. *Vah*! quàm utilis eſt Pietas!

Væ ſpernentibus eam! *&c.* viden' iſtâ variandi ratione nihil eſſe, neque ad copiam ſermonis neque ad elegantiam, conducibilius?

Veniamus 6. *ad Enallagē conſtructionis;* ejus verò cùm plurima jam attulerimus exempla, non libet hîc moras nectere: ratio facilis eſt, poſt iſtam præcedentem variationem Etymologicam: ducat Magiſter diſcipulum per omnes Regulas Syntaxis, ſtatim in oculos incurret. Denique 7. *Hyſteroſis eſt: ad omnia utilis eſt Pietas.* Videat juventus omninò *appendicem Grammaticæ Gieſſenſis de Syntaxi ornata*, & eleganti conſtructione ac collocatione, *ex Vogelmanni Elegantiis*; habeatque ſibi quàm perſuaſiſſimum; plus in iſtis variationibus, in recto uſu particularum illarum Latini ſer-

monis, inque decenti vocabulorum ordine, ſitum eſſe Elegantiarum, quàm in omnibus illis, quibus gaudet & laſcivire ſolet, phraſium *ampullis & verbis ſesquipedalibus.*

15. Tantum *de Expoſitione ſimplici & Variatione Grammatica* breviter, cujus exercitii hic *uſus* eſt ampliſſimus, quod & ad εὐπορίαν *propoſitionum* Dialecticarum viam faciat, & ad orationis *dignitatem*, exornationemque per varia dictionis ac Sententiarum Schemata. Qua de cauſſa paullò diutiùs ſubſiſtere viſum fuit. Refer huc *Variationem Poëticam*, per *Metaplaſmum* & Figuras Poëticas, perque *Metaphraſin*, quæ fit vario carminum genere: ſed hæc in ſuum locum rejicio.

CAPUT II.

De Amplificatione & Variatione Dialectica.

16. E *Dialectica* Copia Rerum Verborumque comparatur 1. *Inventione* argumentorum, quibus oratio amplificatur. 2. *Diſpoſitione* eorundem, quibus variatur. Spectat itaque huc tota *Praxis Dialectica*; de qua multa multi recentiores, inprimis *Kekermannus* & *Ramæi*; mihi pauca & utiliora dicturo, ſequi, ut ſemper, veteres libet, inprimis *Ciceronem & Boëthium in Topicis*.

17. *Inventio* igitur argumentorum fit ex certis eorum Locis. *Argumentum* ratio eſt, quæ rei dubiæ faciat fidem. *Locus* argumenti ſedes eſt. *Vt enim earum rerum, quæ abſconditæ ſunt, demonſtrato & notato loco,*

to loco, facilis inventio eſt; ſic cùm perveſtigare argumentum aliquod volumus, Locos nôſſe debemus, ait Cicero. Dicuntur argumenta ab *arguere*, quod eſt *oſtendere*: Græcè, quòd fidem faciant, πίστεις: continenturque hoc nomine non tantùm λόγοι *probationes*, confirmatoriæ aut confutatoriæ; verùm etiam ἤθη καὶ πάθη *rationes moratæ aut affectuoſæ*, quibus orator ſibi animos *conciliat*, & eosdem amplificando, exaggerando, extenuando, movet & *concitat*.

18. Loci Dialectici, nam de *Rhetoricis* ſuo loco dicetur, aliter atque aliter diſcriminantur. *Prima* generaliſſima *diviſio eſt* in *Argumenta Artificialia* aut quæſita, & *Inartificialia* ſive oblata. Illa propriè *rationes* ſunt; hæc *teſtimonia*. Itaque ſic appellabimus.

19. *Rationes* in univerſum ducuntur vel *à Nomine*, vel *à Re*. Ad Nomen pertinet *Locus Conjugatorum & Notationis*. *Conjugata* dicuntur vocabula, quæ orta ab uno variè commutantur; qualia ſunt *abſtracta & concreta*, ut; juſtitia, juſtus: albedo, albus: Item *derivata*; amo, amor, amicus, amicitia, amicé. *Notatio* ex Nominis aut Verbi originatione & Etymologia argumentum elicit: ut; *Homo* dictus *ab humo*, ne altum ſapiat.

20. Eòdem facit conſideratio *terminorum* illorum *antepræ-dicamentalium*: ut ſi quæras, an vocabulum elicui tribuatur, vel *univocè*, vel *æquivocè*, vel *analogicè*, vel *denominativé*? Quod ad explicandum controverſiarum ſtatum, antequam argumenta Realia quærantur, fieri oportet. Hæc ad

ad ὀνοματολογίαν ſpectant. *V. G.* Nomen *Pietatis homonymum* eſt; nam & miſericordiam ſignificat & εὐσέβειαν in Deum. Itaque aliter dicitur *Deus pius*, aliter *nos*. Deinde noſtra hæc Pietas *analogicè & non univocè* dicitur de ea, quâ colimus *Deum*; & de illa, quâ *Parentes Patriamq́*; deque ea, quâ bene meremur *de omnibus*. Sunt enim hîc diſtincti gradus, aliaque aliis major minorve exhibenda eſt. Ad hæc *ſingularis* vocabuli acceptio eſt, quando *Pietas* intelligitur illa pro *Dea* Romæ culta, cujus *ſacellum* quare dedicatum fuerit, dixi *in Acerra mea ex Solin. cap. 7. lib. 3. num. 24.* Sic *L. Antonii* cognomen fuit *Pietas*, Sigon. de Nom. Rom. Dicta eſt hæc à *piando*, quod eſt piè caſteque colere, ſacrare, &c. Eâdem ratione, quâ εὐσέβεια à σέβεσθαι. Porrò *propoſitiones* illas

Maximas, ſive Canones conſequentiæ, *quibus argumentationi vires ſubminiſtrantur*, ut habet Boëthius, è Dialecticis petat juventus: Rationem verò ex his duobus Locis ducendi argumenta, ex his *exemplis* perſpiciet: *Pios* cùm Deus Optim. Max. maximoperè diligat, bonisque omnibus cumulet, *Pietatem* omnium utiliſſimam eſſe oportet. Tot *commoditatibus* abundant pii; quid ergò *Pietate commodius?* Si *pius à piando* dictus eſt, quòd purè colat Deum, eumque *propitiet*; quid, obſecro, poſſit deeſſe utilitatum omnium ei, cui *propitius* ſit DEUS?

21. *Rerum*, à quibus *rationes reales* ducuntur, aliæ ſunt *intrinſecus*, aliæ *extrinſecus*: Intrinſecus, quæ rei *eſſentiam* vel comprehendunt, *ut Definitio & Diviſio*; vel componunt, *ut Totum & Partes*,

Genus & Species; vel conſtituunt, *ut Cauſſæ*; vel ſequuntur, *ut Effecta*; vel denique accidunt, *ut Subjecta, Adjuncta, Antecedentia, Connexa, Conſequentia.* Extrinſecus rem reſpiciunt *Oppoſita & Comparata.* Ex his totidem Loci argumentorum reſultant, eorumque hic, quem oſtendi, ordo naturalis eſt.

22. *Locus* igitur I. πραγματολογίας hujus eſt *à Definitione*, quam Boëthius ait eſſe *Subſtantiæ integræ demonſtrationem*, ὀυσίας ὅλης ἀπόδειξιν, ut Græcus Scholiaſtes vertit: Cicero: *Orationem, quæ rem explicat, quid ſit.* Eſtque *vel nominalis, ut*; Pietas illa, quæ à Græcis εὐσέβεια dicitur, quam nos vocamus Dei timorem & cultum: *vel realis, ut*: Pietas eſt honeſta de Numine Deorum ac Mente opinio,

nio; *Cicero pro Domo ſua, &c.* Hæc vel *perfecta* eſt conſtans genere & differentiâ ſpecificâ; vel *imperfecta*, ex partitione, diviſione, accidentium enumeratione, aut ſimilibus, quæ vocatur *deſcriptio : ut*; utile eſt, quòd & ea, quæ proſunt, adducit, & removet, quæ obſunt. Ex quo conficitur, Pietatem eſſe utiliſſimam. Nam & quicquid prodeſſe poteſt, cumulatiſſimè adfert, & quicquid obeſſe poteſt, longiſſimè arcet. Eſt autem Pietas Dei vera Notitia & caſta veneratio.

23. *Locus* II. eſt *à Diſtributione :* de quo Boëthius : *Omnis diviſio vel negatione fit vel partitione : Negatione ; ut :* omne animal vel pedes habet vel non : *Partitione*; *ut :* omnis homo aut eſt ſanus aut æger. *Fit autem univerſa diviſio, vel*

ſio, vel generis in ſpecies, vel totius in partes, vel vocis in proprias ſignificationes, vel accidentis in ſubjecta, vel ſubjecti in accidentia, vel accidentis in accidentia. Ita ergò diſtributio ex omnibus verè Locis fieri poteſt. Duplex tamen præcipua eſt; *altera*, quæ *partitio* dicitur, *in qua quaſi membra ſunt*; *ut* corporis, caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, &c. *altera diviſio* propriè, *in qua formæ ſunt, quas Græci* ἰδέας *vocant, noſtri ſpecies, &c.* ita Cicero. Exempla ſingulis Locis ſubjiciam, è quibus petita diviſio eſt. Eſt autem hic Locus ad amplificandum fœcundiſſimus, de quo *Eraſm. l. 2. de Cop. Rer. Rat. 1. & ſeqq.*

24. *Locus* III. *à Genere & Specie*, ex Porphyrii Iſagoge, ſive Prædicabilium, ut vocant, doctrina, notus eſt. Pertinet eodem

Locus

Locus IV. *à toto & Partibus.*

Nam *Totum*, juxta Boëthium, *duobus modis dici ſolet: aut ut Genus, aut ut Integrum, quod ex pluribus partibus cõſtat. Generis partes ſunt Species; Integri membra: Neq; hæc in Subſtantiis tantùm ſunt, verùm etiam in Accidentibus.* Pietas itaq; *V.G. Species*, Virtus *Genus eſt*, ſed *remotiùs: proximè* ad Juſtitiam refert *Cicero*, quæ ſuum cuique tribuit. Quare *Iuſtitiam adverſùs Deos* definit, *de Nat. Deor. Differentia* petenda eſt *ab officio & actu proprio*, qui eſt Deum verè cognitum colere ſinceré. In univerſum verò *Pietatis officia & partes* ſunt Reverentia in Deum, & charitas in Parentes & Patriam, cæterosque. *Actuum Species* itidem duæ. Nam *alii proprii & eliciti, aut principales*; Deum cognoſcere & colere; *alii ſunt imperati, ſecundarij, conſequentes*; bene

mereri

mereri de hominibus. Sic *in prædicato* noſtræ Sententiæ *ad omnia eſſe utilem*; in vocabulo *omnia* continetur *Genus*. Nam de Bonis ſermo eſt. Eſt autem *Bonum* vel *verum* vel *apparens*. Illud propriè & *univocè* bonum; hoc *æquivocè* & non reapſe. *Verum*, quod per ſe expetendum eſt, ut *definit* Ariſtoteles. Idque vel *Honeſtum*, ἀγαθὸν Græcè quaſi ἀγαστὸν admirabile & honore dignum; vel *Utile* χρηστόν. Hæ *Species* ſunt: hinc alia bona animi ſunt, alia corporis, aliæ fortunæ. Denique cùm Pietas ad omnia utilis dicitur, includitur *quandonam?* ſcilicet *ſemper*. Temporis autem partes ſunt præſens, præteritum & futurum, quod fuit, eſt, & erit. Sic etiam *ubi?* nempè *omni in loco*: Loci autem ſive partes ſive ſpecies ſunt, hîc, illic, iſthic; in terra, mari, omnibus mundi partibus, ipſo

ipſo denique adeò cœlo,&c. Quæ ſemel hîc obiter notanda, ex quibus, quanta ſeges amplificandi & argumentandi naſcatur, ſatis perſpicuum eſt. Nimis me diu detineo; itaque pergo.

25. *Locus* V. *à Cauſſis*. Cauſſæ *Principales* ſunt *Efficiens*, à qua res eſt: *Materia* ex qua: [accidentium *in qua* aut *circa quam*, quæ Subjectum & Objectum dicitur] *Forma*, propter quam aut per quam id eſt, quod eſt: *Finis*, cûi? & cujus gratiâ? *Minùs Principales* ſunt; *Impulſiva*, eaque interna vel externa, *Exemplaris*, *Miniſterialis*, *Inſtrumentalis*, *Media*, *&c.* Sic Cauſſa *Pietatis Efficiens* princeps eſt Deus, notitiam ſuam mortalibus revelans, fidem excitans, pios affectus inſpirans. *Impulit* Bonitas & Amor, quo in genus noſtrum fertur; & miſeria: intuitus relicto

Deo

Deo nos, in hoc q. Ates Campo, *Errare atq; viam palanteis quærere vitæ. Finis* beatitudo noſtra. Ad hanc *medium* unum eſt Sapientia; quæ in eo conſiſtit, ut Deum homo agnoſcat & colat. Hæc Pietas eſt. Quam *Miniſterio* Verbi ſui in cordibus renatis producit. Nam *Ratio & Natura* non ſufficiunt. Habitus eſt θεόσδοτος. Gratiæ effectus, non merces meritorum; quæ neque Pietatem antecedere poſſunt, & ubi Gratia ſola eſt, omnia excluduntur. *Exemplar*; exempla piorum Sacra, à Deo in S. Literis propoſita ad imitandum. Quæ omnia pulcherrimis dictis ac hiſtoriis exornare & amplificare liceat, &c. *Eraſm. Rat. 3.*

26. *Locus* VI. *eſt ab Effectis:* atque is quidem copioſiſſimus, ſi deducamus, quæ bona aut mala, commoda aut incommoda ſole-

ant ex re provenire, de quibus *Eraſmus Rat.4.l.cit.* Ad talia invenienda conducit *Locus* VII. *à Subjectis & Objectis*, perſonis, rebus, factis, in quibus vel circa quæ res verſatur. A quo dirimi nequit *Locus* VIII. *Adjunctorum*, quorum alia inhærent, alia adhærent; alia inſeparabilia ſunt, alia ſeparabilia: quædam communia, quædam propria: alia *antecedentia*, aut *comitantia*, aut *conſequentia*. Inprimis ad amplificandum faciunt *circumſtantiæ* Loci, Temporis, Modi, &c. Itaque Pietatis noſtræ immenſi & innumeri fructus ſunt. *Per diviſionem ſubjectorum:* utilis eſt *Pueris*, quos divinitùs inſpirata in Dei regnum transfert, erutos è poteſtate Diaboli: utilis *Iuvenibus*, quos, ne in lubrico iſto ætatis cadant, regit & tuetur:

tuetur: utilis *Viris* in omni ſtatu & conditione vitæ, in Choro, ut ajunt, in Foro, in Thoro: utilis *Senibus*, quos munit, & reficit: utilis utrique *ſexui*; *Communis virtus etenim, commune periclum Matribus atq; Viris*, Alcimus Avitus. Utilis in omni *re*, *privata*, *publica*: in omni *loco*, ſive domi ſis, ſive peregrè: *Sive per Syrteis iter æſtuoſas; ſive facturus per inhoſpitalem Caucaſum.* Quid utilius fide, ſpe, dilectione Dei? quid pœnitentiâ, patientiâ, precibus, gratiarum actione? at in his omnibus *Pietatis munia & partes* ſunt. Magna ſunt Pietatis *in homines* commoda; maxima *in Deum*. Hæc enim *objecta* ſunt ejus. Nihil eâ *præſtantius*, nihil *æquius*, nihil *glorioſius*, nihil *commodius*. *Præcedunt* eam Notitia Dei & ſui, illud- *quod cœlo deſcendit γνῶθι σεαυτόν*. *Comitantur* omnes cæteræ virtutes,

tutes, quarum quaſi Regina eſt. *Connexaq;* ſunt inter ſe pia Mens & favor Numinis, & Angelorum tutela, &c. *Conſequuntur* eam pax, tranquillitas, cœleſtis benedictio, vita ſecura, mors beata; & id genus plura dici poſſunt. Nec enim in animo eſt mare exhaurire ſitulâ. Denique cùm *bona* omnia vel *poſitiva* ſint, vel *privativa*; Pietas utraque ſecum affert. Nam & quicquid uſpiam Dei *donorum* eſt, habet, & quicquid *malorum* eſt, prohibet, vide cap. 1. Siracidæ & quæ ex eo *infrà l. 2. in Paraphraſi.*

27. *Locus* IX. *Oppoſitorum.* Eorum *quatuor* præcipua ſunt *genera*: ſunt enim alia *Adverſa*, vel Contraria, quæ in eodem genere plurimùm differunt; ut Pietas & Impietas: Sapientia & Stultitia: Alia *Privantia*, alia *Relativa*, alia *Contradicentia*, vel Negantia. Nihil

ſuper-

ſuperſtitione fœdius, nihil contemptu Numinis periculoſius, nihil impietati damnoſius aut damnabilius: Quî poſſit ergò Pietate quidpiam vel ſanctius eſſe, vel utilius, vel ſalutare magis? ubi Pietas *non* eſt, omnia abeſſe bona, omnia adeſſe infortunia oportet: Ita viciſſim, &c.

28. *Locus* X. *Comparatorum:* ubi argumenta ſumuntur vel à *ſimilibus*, aut diſſimilibus; vel à *paribus*, aut imparibus, & quidem vel *à majori*, vel *à minori.* Similitudo, *ait Boëthius*, in qualitate eſt, paritas in quantitate. Ad ſimilitudinem pertinet *collatio exemplorum* vel ejusdem generis; vel cognati, aut inter quæ *proportio* eſt aliqua & *habitudo.* In comparatione imparium anteponenda ſunt *numero* plura bona paucioribus bonis, & pauciora mala pluribus malis:

tempore, diuturniora brevioribus, aut contrà: *loco*, quæ latiùs patent & pervagantur, anguſtis, &c. Tum *ſpecie* honeſta utilibus, jucunda minùs jucundis, rara vulgaribus, proclivia laborioſis, neceſſaria non neceſſariis, perfecta inchoatis, tota partibus, *de quibus Cicero in Loco Similit. & Comparat.* Sic dico: ſi cæterarum virtutum tanta eſt utilitas, quanta erit Pietatis, quæ Regina eſt, cujus illæ ſunt pediſequæ? *Comparabo* eam cum Gygis annulo, de quo ex Herodoto *Cicero de Offic.* Adducam *exempla* piorum, quos ſanctiſſimos & beatiſſimos prædicamus. Conferam *à minori* Philoſophiam, *à parte* ipſam Dei notitiam. Pietatis ſanè commoda & plura, & diuturniora, & perfectiora ſunt, &c. *Proportio* eſt inter Pietatem, quâ Deum colimus, & fidem, quâ Re-

ges ac Magnates: quòd ſi hi ſervos fideles opibus & honoribus ditant; quid credibilene eſt Deum ſuos neglectim habiturum? ſed properandum eſt: Ne mantiſſa hæc major fiat obſonio.

29. Supereſt *Locus inartificialis Teſtimoniorum*, quo probabile aliquid eſſe adſtruitur, quòd vel omnes ita judicent, vel plures, vel certè ſapientes, aut in qualibet arte ſua penitiùs eruditi: Verum verò evincit *Teſtimonium Divinum*; de quibus nihil addere opus eſt, vide *Quintilian. l. 5. cap. 11.* Satis *de Inventione* ad amplificandum.

30. Sequitur *Diſpoſitio*, ejusque variatio Dialectica: ea autem fit vel variando *terminos*, vel *propoſitiones*, vel *ſyllogiſmos*. *Termini* ſunt vel *Prædicativi, Categorematici*

Græcè; quorum alter *Subjectum* dicitur, vel terminus in quæſtione *Minor*, alter *Prædicatum*, vel *Major*, quos in propoſitione *Copula* connectit: vel ſunt *Conſignificativi*, *Syncategorematici*, ut; *Omnis*, *Nullus*, *Quidam*, *&c*. *Prædicativi* termini, qui propoſitionem ut partes conficiunt, variantur *per Synonymiam*, de *qua cap. præced. &c. Conſignificativi*, qui eandem afficiunt ſigno univerſalitatis aut particularitatis, variantur per *Æquipollentiam:* De hac adeò diſertè & copioſè *Eraſm. cap. 48. & ſeqq.* ut nihil addendum ſit. Exemplo ſit hæc propoſitio: *Omnis* pius beatus eſt. *Nullus non* beatus eſt. *Quis* piorum *non* eſt beatus? Beati ſunt pii *ad unum*. *Quicquid piorum eſt, quantum eſt* Dei timentium, beatum eſt.

31. *Propoſitiones* variantur vel ſecundùm *genera*, vel ſecundùm

quas-

quaſdam *affectiones*. Secundùm *genera*, ut; ſi ex *Logica* fiat *non Logica*, id eſt, ex *indicativa*, aut enunciativa, qualis eſt hæc; Pietas eſt ad omnia utilis, [*pronunciabilem* vocat Apuleius, *quæ abſolutam, perfectam, ſententiam comprehendat, ſola ex omnibus veritati aut falſitati obnoxia*] fiat *vel optativa*; ô ſi Pietatis utilitas perſpecta eſſet omnibus! *vel imperativa*; Diſce; quàm utilis ſit Pietas: *vel interrogativa*; Quid Pietate conducibilius eſſe poſſit? &c. *Item*, ſi ex *ſimplici* fiat *compoſita*: Pietas & utilis eſt & neceſſaria: hæc *copulativa* eſt; de qua *Eraſm. cap.* 34. cujus generis & illa eſt *negativa*: Pietas neque inutilis eſt, ut vulgò perſuaſum, neque laborioſa aut gravis, de qua *Idem cap.* 36. Ita *Hypothetica vel Conditionalis eſt*; ſi Pietati ſuper omnia favet Deus, nihil eâ

poteſt eſſe utilius: *Disjunctiva*; Dicite; Pietas utilisne eſt, aut non eſt? Aut illa Deo grata charaque eſt, aut nihil uſpiam. *Adverſativa*; Quanquam non nego difficilem eſſe, tamen difficultas utilitate compenſatur: Difficilis quidem eſt, verùm ſalutaris, *de his in Antimeria Adverbiorum & Conjunctionum cap. praced. & Eraſ. cap. 35.* Ita & *Comparativa*; Non minùs utilis, quàm jucunda, & neceſſaria eſt: præ omnibus beatus Deoque charus eſt pius. Parùm eſt utilem dicere; imò neceſſaria eſt, *Eraſm. cap. 37. & ſeqq.* De *conſecutiva* aut *illativa*, qualis & *hypothetica*, ut; Cùm Pietas tam propitium habeat Deum, conſequitur omnium eſſe utiliſſimam, *Idem cap. 128.* Variari autem tot modis iſta genera propoſitionum poſſunt, ut ſi, non dico omnes; ſed omnium tantùm

ſumma

ſumma capita velim explicare, Ilias mihi ſcribenda videatur.

32. Secundùm *affectiones* variari poſſunt propoſitiones; ſi aut *qualitas* permutetur, & *pro affirmativa ponatur negativa*: Semper Pietas conducibilis eſt: Nunquam illa eſt inutilis, nunquam fruſtrà eſt. Quæ ratio *expolitionis* Poëtis creberrimo in uſu eſt. -*Didiciſſe fideliter artes Emollit mores, nec ſinit eſſe feros*: Ita hîc; coluiſſe Deum ſincerè præclaram habet remunerationem, neque piorum quisquam unquam indonatus abiit: aut ſi *quantitas* quoque, ut; omnibus Pietas profuit: Pii *omnes* largis Dei beneficiis affecti fuerunt. *Multis* obfuit impietas: *Non paucos* exitio dedit. *Quosdam* averſos ab impietate Pietas ab interitu prohibuit. *Quidam* piorum temporali quoque felicitate fruun-

tur : æternâ beatitudine *omnes.* Huc refer *Eraſmi cap.* 48. & *ſeqq. uſq; ad* 51. Et pertinet huc, ſi ex *abſoluta* propoſitione fiat *modificata:* Neceſſe eſt, oportet, convenit, decet, dignus eſt pius, ut ampliſſimos habeat Pietatis ſuæ fructus. Neque contingere poteſt, impoſſibile eſt, indecens eſt, ut nullum faciat operæ pretium, *Idem cap* 61.

33. *Syllogiſmi* variantur per omnes argumentationum *formas, figuras, modos:* qui & amplificantur *proſyllogiſmis* præmiſſas confirmantibus, aut excogitatorum *ſophiſmatum* confutatione. Ad talium εὐπορίαν problematis termini, *Minor Majorq;*, per omnes Locos Inventionis ducendi; quærendusque eſt *Medius*, qui iſtos extremos conjungat ad inferendam Concluſionem. Sit ergò Quæſtio: *An Pietas ad omnia ſit utilis?* hæc de

Acciden-

Accidente prædicabili eſt: an nimirum, Pietati accidat univerſalis utilitas? Pro *parte ajente* duco argumentum, *V.G. ex loco Generis*: Virtus ad omnia utilis eſt: Pietas eſt Virtus. Ergò ad omnia utilis eſt. Amplifico probatione conſequentiæ, ex Maxima illa; *Quæ Generi adſunt, eadem & Speciei*: & majoris propoſitionis per *Proſyllogiſmum*: Summum bonum omnia continet bono, & ad omnia conducit. Virtus eſt ſummum bonum: Probo præterea argumento inartificiali, à teſtimonio Sapientum præcipuorum: *Omnia in ſe habet, omnia adſunt bona, quem penes eſt Virtus.* Plautus, &c. Hoc argumentum ita nudè proponit Dialecticus, Rhetor ab eo acceptum expolit, eo modo, quo dicetur infrà. Habes Syllogiſmum *figuræ*

primæ. Aliud argumentum eſto *ex Loco Conjugatorum:* Quicquid pio accidit, hoc & Pietati: At pio accidit utilitas ad omnia. Ergò & Pietati. Aſſumptum probo *ex Loco Cauſſæ Efficientis:* Qui propitium habet Deum, is habet omne bonum. Pius habet propitium Deum. Ergó. Conſequentia confirmatur Maximâ illâ: *Poſitâ cauſſâ in eſſe cauſſæ*, ſive quâ cauſſa eſt, *ponitur effectus.* At omnis cauſſa boni eſt favor & gratia Dei propitii. Minor probatur *ex Loco Notationis:* Pius enim à piando dicitur, quòd propitiet Deum. Sic Syllogiſmus *ſecundæ figuræ ex Loco Oppoſitorum;* Nulla res eget ullo bono, quæ caret omni malo: Pietas caret omni malo. Ergò non eget ullo bono: *Expoſitorius tertiæ figuræ;* David

omni

omni bono à Deo fuit ditatus: David fuit pius: Ergò pius Quidam omni bono à Deo fuit ditatus: *Hypotheticus à parte ad totum;* ſi Fides ad omnia bona fuit utilis ſemper, etiam Pietas: at prius eſt verum: Ergò & poſterius: Si beatitudo omne bonum continet, etiam Pietas: Ratio conſequentiæ *à fine;* Pietatis enim finis illa eſt, &c. *Inductio;* Pietas utilis eſt ad bona corporis, animi & fortunæ, ex teſtimonio experientiæ; Ergò ad omnia utilis eſt. *Sorites;* Qui pius eſt, Deum habet amicum: Qui Deum habet amicum, habet omne bonum: Qui omne bonum habet, & in terris & in cœlo beatus eſt: Ergò pius & hîc & illic beatus eſt. *Dilemma;* ſi Pietas non omnibus eſſet conducibilis, aut juvenibus, aut viris

tutes, quarum quaſi Regina eſt. *Connexaq;* ſuntinter ſe pia Mens & favor Numinis, & Angelorum tutela, &c. *Conſequuntur* eam pax, tranquillitas, cœleſtis benedictio, vita ſecura, mors beata; & id genus plura dici poſſunt. Nec enim in animo eſt mare exhaurire ſitulâ. Denique cùm *bona* omnia vel *poſitiva* ſint, vel *privativa*; Pietas utraque ſecum affert. Nam & quicquid uſpiam Dei *donorum* eſt, habet, & quicquid *malorum* eſt, prohibet, vide cap. 1. Siracidæ & quæ ex eo *infrà l. 2. in Paraphraſi.*

27. *Locus* IX. *Oppoſitorum.* Eorum *quatuor* præcipua ſunt *genera*: ſunt enim alia *Adverſa*, vel Contraria, quæ in eodem genere plurimùm differunt; ut Pietas & Impietas: Sapientia & Stultitia: Alia *Privantia*, alia *Relativa*, alia *Contradicentia*, vel Negantia Nihil ſuper-

ſuperſtitione fœdius, nihil contemptu Numinis periculoſius, nihil impietati damnoſius aut damnabilius: Quî poſſit ergò Pietate quidpiam vel ſanctius eſſe, vel utilius, vel ſalutare magis? ubi Pietas *non* eſt, omnia abeſſe bona, omnia adeſſe infortunia oportet: Ita viciſſim, &c.

28. *Locus* X. *Comparatorum:* ubi argumenta ſumuntur vel à *ſimilibus*, aut diſſimilibus; vel à *paribus*, aut imparibus, & quidem vel *à majori*, vel *à minori*. Similitudo, *ait Boëthius*, in qualitate eſt, paritas in quantitate. Ad ſimilitudinem pertinet *collatio exemplorum* vel ejusdem generis; vel cognati, aut inter quæ *proportio* eſt aliqua & *habitudo*. In comparatione imparium anteponenda ſunt *numero* plura bona paucioribus bonis, & pauciora mala pluribus malis:

tempore, diuturniora brevioribus, aut contrà: *loco*, quæ latiùs patent & pervagantur, anguſtis, &c. Tum *ſpecie* honeſta utilibus, jucunda minùs jucundis, rara vulgaribus, proclivia laborioſis, neceſſaria non neceſſariis, perfecta inchoatis, tota partibus, *de quibus Cicero in Loco Similit. & Comparat.* Sic dico: ſi cæterarum virtutum tanta eſt utilitas, quanta erit Pietatis, quæ Regina eſt, cujus illæ ſunt pediſequæ? *Comparabo* eam cum Gygis annulo, de quo ex Herodoto *Cicero de Offic.* Adducam *exempla* piorum, quos ſanctiſſimos & beatiſſimos prædicamus. Conferam *à minori* Philoſophiam, *à parte* ipſam Dei notitiam. Pietatis ſanè commoda & plura, & diuturniora, & perfectiora ſunt, &c. *Proportio* eſt inter Pietatem, quâ Deum colimus, & fidem, quâ Reges

ges ac Magnates: quòd ſi hi ſervos fideles opibus & honoribus ditant; quid credibilene eſt Deum ſuos neglectim habiturum? ſed properandum eſt: Ne mantiſſa hæc major fiat obſonio.

29. Supereſt *Locus inartificialis Teſtimoniorum*, quo probabile aliquid eſſe adſtruitur, quòd vel omnes ita judicent, vel plures, vel certè ſapientes, aut in qualibet arte ſua penitiùs eruditi: Verum verò evincit *Teſtimonium Divinum*; de quibus nihil addere opus eſt, vide *Quintilian. l.5.cap. 11.* Satis *de Inventione* ad amplificandum.

30. Sequitur *Diſpoſitio*, ejusque variatio Dialectica: ea autem fit vel variando *terminos*, vel *propoſitiones*, vel *ſyllogiſmos*. *Termini* ſunt vel *Prædicativi, Categorematici*

Græcè; quorum alter *Subjectum* dicitur, vel terminus in quæſtione *Minor*, alter *Prædicatum*, vel *Major*, quos in propoſitione *Copula* connectit: vel ſunt *Conſignificativi*, *Syncategorematici*, ut; *Omnis*, *Nullus*, *Quidam*, &c. *Prædicativi* termini, qui propoſitionem ut partes conficiunt, variantur *per Synonymiam*, de *qua cap. præced. &c.* *Conſignificativi*, qui eandem afficiunt ſigno univerſalitatis aut particularitatis, variantur per *Æquipollentiam*: De hac adeò diſertè & copioſè *Eraſm. cap. 48. & ſeqq.* ut nihil addendum ſit. Exemplo ſit hæc propoſitio: *Omnis* pius beatus eſt. *Nullus non* beatus eſt. *Quis* piorum *non* eſt beatus? Beati ſunt pii *ad unum*. *Quicquid piorum eſt, quantum eſt* Dei timentium, beatum eſt.

31. *Propoſitiones* variantur vel ſecundùm *genera*, vel ſecundùm quaſ-

quaſdam *affectiones*. Secundùm *genera*, ut; ſi ex *Logica* fiat *non Logica*, id eſt, ex *indicativa*, aut enunciativa, qualis eſt hæc; Pietas eſt ad omnia utilis, [*pronunciabilem* vocat Apuleius, *quæ abſolutam*, perfectam, *ſententiam comprehendat, ſola ex omnibus veritati aut falſitati obnoxia*] fiat *vel optativa*; ô ſi Pietatis utilitas perſpecta eſſet omnibus! *vel imperativa*; Diſce; quàm utilis ſit Pietas: *vel interrogativa*; Quid Pietate conducibilius eſſe poſſit? &c. *Item*, ſi ex *ſimplici* fiat *compoſita*: Pietas & utilis eſt & neceſſaria: hæc *copulativa* eſt; de qua *Eraſm. cap. 34*. cujus generis & illa eſt *negativa*: Pietas neque inutilis eſt, ut vulgò perſuaſum, neque laborioſa aut gravis, de qua *Idem cap. 36*. Ita *Hypothetica vel Conditionalis eſt*; ſi Pietati ſuper omnia favet Deus, nihil eâ

poteſt eſſe utilius: *Disjunctiva*; Dicite; Pietas utilisne eſt, aut non eſt? Aut illa Deo grata charaque eſt, aut nihil uſpiam. *Adverſativa*; Quanquam non nego difficilem eſſe, tamen difficultas utilitate compenſatur: Difficilis quidem eſt, verùm ſalutaris, *de his in Antimeria Adverbiorum & Conjunctionum cap. praced. & Eraſ. cap. 35.* Ita & *Comparativa*; Non minùs utilis, quàm jucunda, & neceſſaria eſt: præ omnibus beatus Deoque charus eſt pius. Parùm eſt utilem dicere; imò neceſſaria eſt, *Eraſm. cap. 37. & ſeqq.* De *conſecutiva* aut *illativa*, qualis & *hypothetica*, ut; Cùm Pietas tam propitium habeat Deum, conſequitur omnium eſſe utiliſſimam, *Idem cap. 128.* Variari autem tot modis iſta genera propoſitionum poſſunt, ut ſi, non dico omnes; ſed omnium tantùm

ſumma

ſumma capita velim explicare, Ilias mihi ſcribenda videatur.

32. Secundùm *affectiones* variari poſſunt propoſitiones; ſi aut *qualitas* permutetur, & *pro affirmativa ponatur negativa*: Semper Pietas conducibilis eſt: Nunquam illa eſt inutilis, nunquam fruſtrà eſt. Quæ ratio *expolitionis* Poëtis creberrimo in uſu eſt. -*Didiciſſe fideliter artes Emollit mores, nec ſinit eſſe feros*: Ita hîc; coluiſſe Deum ſincerè præclaram habet remunerationem, neque piorum quiſquam unquam indonatus abiit: aut ſi *quantitas* quoque, ut; omnibus Pietas profuit: Pii *omnes* largis Dei beneficiis affecti fuerunt. *Multis* obfuit impietas: *Non paucos* exitio dedit. *Quosdam* averſos ab impietate Pietas ab interitu prohibuit. *Quidam* piorum temporali quoque felicitate fruun-

tur : æternâ beatitudine *omnes.* Huc refer *Eraſmi cap. 48. & ſeqq. uſq; ad 51.* Et pertinet huc, ſi ex *abſoluta* propoſitione fiat *modificata:* Neceſſe eſt, oportet, convenit, decet, dignus eſt pius, ut ampliſſimos habeat Pietatis ſuæ fructus. Neque contingere poteſt, impoſſibile eſt, indecens eſt, ut nullum faciat operæ pretium, *Idem cap 61.*

33. *Syllogiſmi* variantur per omnes argumentationum *formas, figuras, modos:* qui & amplificantur *proſyllogiſmis* præmiſſas confirmantibus, aut excogitatorum *ſophiſmatum* confutatione. Ad talium εὐπορίαν problematis termini, *Minor Majorq;*, per omnes Locos Inventionis ducendi ; quærendusque eſt *Medius,* qui iſtos extremos conjungat ad inferendam Concluſionem. Sit ergò Quæſtio: *An Pietas ad omnia ſit utilis?* hæc de

Acciden-

Accidente prædicabili eſt: an nimirum Pietati accidat univerſalis utilitas? Pro *parte ajente* duco argumentum, *V.G. ex loco Generis*: Virtus ad omnia utilis eſt: Pietas eſt Virtus. Ergò ad omnia utilis eſt. Amplifico probatione conſequentiæ, ex Maxima illa; *Quæ Generi adſunt, eadem & Speciei*: & majoris propoſitionis per *Proſyllogiſmum*: Summum bonum omnia continet bono, & ad omnia conducit. Virtus eſt ſummum bonum; Probo præterea argumento inartificiali, à teſtimonio Sapientum præcipuorum: *Omnia in ſe habet, omnia adſunt bona, quem penes eſt Virtus*. Plautus, &c. Hoc argumentum ita nudè proponit Dialecticus, Rhetor ab eo acceptum expolit, eo modo, quo dicetur infrà. Habes Syllogiſmum *figuræ*

omni bono à Deo fuit ditatus: David fuit pius: Ergò pius Quidam omni bono à Deo fuit ditatus: *Hypotheticus à parte ad totum;* ſi Fides ad omnia bona fuit utilis ſemper, etiam Pietas: at prius eſt verum: Ergò & poſterius: Si beatitudo omne bonum continet, etiam Pietas: Ratio conſequentiæ *à fine;* Pietatis enim finis illa eſt, &c. *Inductio;* Pietas utilis eſt ad bona corporis, animi & fortunæ, ex teſtimonio experientiæ; Ergò ad omnia utilis eſt. *Sorites;* Qui pius eſt, Deum habet amicum: Qui Deum habet amicum, habet omne bonum: Qui omne bonum habet, & in terris & in cœlo beatus eſt: Ergò pius & hîc & illic beatus eſt. *Dilemma;* ſi Pietas non omnibus eſſet conducibilis, aut juvenibus, aut viris

adultis, aut ſenibus, vivis aut mortuis, nihil prodeſſet: at neque his neque illis, neque iſtis nihil prodeſt: Ergò non poteſt non omnibus eſſe conducibilis. At pro *parte regente* etiam plures Syllogiſmi & argumentationes confici poſſunt facilé. Tales ſunt ex Epicuri promptuario; Cui tot mala accidunt, illud non eſt ad omnia bona utile: Pietati tot mala accidunt: *Ergó*. Quicquid mundo exoſos efficit, non eſt ad omnia bona utile. At Pietas exoſos facit mundo: *Ergó*. Abrahamus totâ vitâ exul, Joſephus diu carceri incluſus, Jobus à Dæmone tentatus, David profugus, alii aliis obnoxii calamitatibus fuêre pii: *Ergò* Pietas non eſt ad omnia bona utilis. Sed mitto: in his partim fallacia *homonymias* eſt; Nam bona & mala

vel

vel vera ſunt vel apparentia: partim *accidentis*; nam quòd mali bonos odêre, Pietas in culpa non eſt, &c. Hæc perfunctoriè, ut ſciens in exemplis aliquando Leges Dialecticorum migraverim; quia non Diſputatorem erudio, ſed Rhetoricæ tyronem. Denique & hoc utile *exercitium Dialecticum* eſt, ſi juventus diſcat, non modò varia invenire argumenta, ex quibus omnis generis conficiat Syllogiſmos; verùm etiam unum idemq; argumentum in varias formas transfundat, ut ex Syllogiſmo affirmante faciat negantem, ex univerſali particularem, ex perfecto imperfectum, aut plusquam perfectum, &c. Quò facit doctrina *de Oppoſitione & Converſione* propoſitionum, deque *reductione* Syllogiſmorum, omiſſis tamen tricis illis, quæ bona ingenia ad altiora tendentia fruſtrà tenent. CA-

CAPUT III.

De Amplificatione, Variatione & Exornatione Rhetorica.

34. AD Expolitionem Rhetoricam neceſſaria eſt 1. dicendorum *inventio*, 2. inventorum *diſpoſitio*, 3. diſpoſitorum *elocutio*.

35. *Inventio Rhetorica*, etſi ex Dialectica fluat, differt tamen maximè, inprimis ut proprium à communi. *Finis* ejus amplificare rem modis & rationibus huic arti propriis. Quemadmodum diſponendo eadem variatur, & eloquendo exornatur maximé. *Objectum* eſt *Thema ſimplex*, ut; *Pietas*; aut *Quæſtio dubia*, ut; *an Pietati ſit ſtudendum?* Thema *ſimplex* per Locos Dialecticos expolitur: ita quidem, ut, quamvis omnes eorum excutiendi ſint foruli, tamen juxta ſumma rerum genera, quæ- decem

decem Prædicamenta ſunt, quidam Loci magis minusve quadrent. Ita *V.G.* Pietatis nec partes integrales, nec materia ex qua, nec forma, quæ ſit à fine, officio, & characteriſmo, ſive deſcriptione actionum & ſignorum ejus, disjuncta, quæri poſſunt aut debent. Qua de re minutim agere non eſt opus, uſus meliùs docebit.

36. In *Quæſtione dubia* Inventio *propoſitionum* diſtingui ſolet ab inventione *argumentorum*, de illa *Eraſm. l. 2. Rat. 10.* de hac *Rat. 11.* ubi vide. Vereor, ne magis intricetur res, quàm explicetur. Nam & propoſitiones argumenta ſunt, ſed generalia: quæ quæſtionem non expediant per ſe, niſi fulciantur aliis probationib⁹. Verùm abſit omnis hoc loco contẽtio, ubi mihi tam ſollicito & accurato eſſe non libet, nec opus eſt. Loci autẽ invẽtionis

tionis Rhetoricæ in hac Quæſtione dubia [quæ propria artis eſt] aliter atque aliter dividuntur. Noſtri Progymnaſtici diſtinguunt in ϛοιχεῖα *Elementa*, *aut Circumſtantias*, & κεφάλαια *Capita*, eaque vel *prima* vel *finalia*.

37. Eſto itaque *Locus* I. *à Circumſtantiis*, cujus maximus *uſus* eſt in Narrationibus adſtruendis aut deſtruendis, & in Actionibus, aut factis ſive probandis aut improbandis, ſive etiam dilatandis & exaggerandis. Sunt autem Circumſtantiæ, *1. Perſona* aut *quaſi perſona*; quæ aliquid agit aut patitur, quâ poſitâ reſpondetur ad quæſtionem *Quis?* quæ Perſonæ communiter accidant, undè deſcribi, laudarive aut vituperari poſſit, parte ſequenti commodiùs exponetur: *2. Res*; factum, dictum,

ctum, cogitatum, *Quid?* 3. *Tempus*; ut: præſens, præteritum, futurum: prius, poſterius, interea: hora, dies, añus: partes añi, & accidentia temporis, feſtumne an profeſtum, tempeſtivum an intempeſtivum ſit? &c. *Quando? Quousq́; ? Quamdiu?* 4. *Locus*; naturalis, artificialis: propinquus, remotus: particularis, univerſalis: terreſtris, maritimus, cœleſtis: ſacer, profanus, &c. *Vbi?* 5. *Cauſſa*; de qua in Dialecticis ſuprà: *Quibus auxiliis? Cur? à qua, ex qua, per quam, propter quam? &c.* 6. *Modus*; *Quomodo?* id eſt, quæ *perſonæ diſpoſitio* ſit? prudenter, an imprudenter; ex propoſito an caſu, neceſſitate, vi, egerit? Item quæ *actiones & rei qualitas aut quantitas?* utrùm bene an malè, parùm

aut

aut nimis, cum virtute an cum vitio? & ſimilia.

V. G. Quæſtio, ut dixi, eſto: *an Pietati ſtudendum ſit?* Propoſitio ſit: *Pietas ad omnia utilis eſt.* Hanc amplifico per omnes circumſtantias: *Quis?* Pietas; hæc *q. perſona eſt*, per analogiam: eamque laudare poſſum iis argumentis, quæ in progymnaſmate Laudationis infrà adducentur: quòd originem trahat è cœlo, quòd Dei q. filia ſit, præſtet Virtutibus cæteris omnibus, &c. *Quid?* utilis eſt, prodeſt ſcilicet, & *commoda affert*, quod *q. factum* eſt: idque amplifico iis rationibus, quibus facta ſolent & debent, de quo itidem ſuo loco, ut; *per diſtributionem generis in ſuas ſpecies*; commoda hujus vitæ & futuræ, qualia ſunt favor Dei, venia delictorum, pax conſcientiæ, &c. *Quando?* in præſens, reſpectu præteriti,

teriti, & futuri: omnibus annis, diebus, horis, momentis: *Quamdiu?* ſemper, in æternum. Quæ omnia argumentis artificialibus aut inartificialibus confirmari poterunt. *Ubi?* in toto mundo, in terra, mari, cœlo; in Eccleſia, Curia, domo, in omnibus opificum officinis, inſtitorum tabernis, in ergaſtulis, in carceribus, in exilio, ſub ipſa cruce, in rogo, ut Martyrum. Jam *undè* hæc utilitas? *Quibus auxiliis? Quare?* à Deo, ab Angelis, à piis aliis opitulantibus: ex Divina tutela, conſolatione, liberatione, aliorum mutuis precibus, & auxiliis; ut omnibus modis ſalvus ſit pius, *privativè*, ex omni malo; & beatus, *poſitivè*, in omni bono. *Quomodo?* quàm ſapienti Dei conſilio? quàm conſtanti propoſito? quàm feliciter, ſalutariter, neceſſariò, maximoperè & modis

modis omnibus. Viden' hanc Dilatandi Rationem eſſe copioſiſſimam, & plurimùm ad eam adjumenti efferre *Antimeriam* Grammaticam *Adverbiorum?* Itaque & Dionyſius Halicarnaſſeus omnes *circumſtantias*, præter perſonam & rem, *Adverbia*, ἐπιῤῥήματα, appellavit.

38. *Locus* II. eſt *à Capitibus primis*, quæ extra Quæſtionis *ſubjectum* ad probandum, aut illuſtrandum, aut & delectandum, adſumuntur: Qualia ſunt *1. Oppoſita*, id eſt, ut ſuprà, *contraria*, *contradicentia*, *relativa*, *privativa*; item *diverſa & diſparata*, ut; non furem te dico, ſed ſacrilegum: non latronem, ſed parricidam &c. *2. Comparata*, eadem, quæ ſuprá; *parabolæ*, *exempla*, & quæ *analogiâ* quâdam ac *proportione* inter ſe conveniunt.

veniunt. 3. *Teſtimonio*, quæ ſunt *Divina* vel *humana*; eaque vel *verborum* vel *rerum*; *propria*, *aliena*; *unius*, *plurium*, *paucorum*, *multorum*, ut famæ, &c. de quibus *Cicero in Topicis* & ſuprá. His in Expolitione *Chriarum & Sententiarum & in Locis Communibus* maximè utimur.

V.G. ſit propoſitio altera ad propoſitam Quæſtionem: *Pietas pulcherrima virtus eſt.* Probo 1. *ab Oppoſitis*; Quanto etenim deteſtabilior eſt *Dei contemptus*, tantò illa pulchrior eſt. Nihil impietate adverſus Summum Numen fœdius, nihil atrocius, nihil horribilius dici poſſit. Quæ quomodo exaggeranda ſint, ex tractatione *Loci Communis* apparebit. Impius non ſceleratus, ſed ſcelus eſt; *Non homo*, ſed in humana forma Cacodæmon: Nihil videt, nihil audit, nihil intelligit, nihil ſentit; juſto

Dei

adultis, aut ſenibus, vivis aut mortuis, nihil prodeſſet: at neque his neque illis, neque iſtis nihil prodeſt: Ergò non poteſt non omnibus eſſe conducibilis. At pro *parte regente* etiam plures Syllogiſmi & argumentationes confici poſſunt facilé. Tales ſunt ex Epicuri promptuario; Cui tot mala accidunt, illud non eſt ad omnia bona utile: Pietati tot mala accidunt: *Ergó.* Quicquid mundo exoſos efficit, non eſt ad omnia bona utile. At Pietas exoſos facit mundo: *Ergó.* Abrahamus totâ vitâ exul, Joſephus diu carceri incluſus, Jobus à Dæmone tentatus, David profugus, alii aliis obnoxii calamitatibus fuêre pii: *Ergò* Pietas non eſt ad omnia bona utilis. Sed mitto: in his partim fallacia *homonymias* eſt; Nam bona & mala

vel

vel vera ſunt vel apparentia: partim *accidentis*; nam quòd mali bonos odêre, Pietas in culpa non eſt, &c. Hæc perfunctoriè, ut ſciens in exemplis aliquando Leges Dialecticorum migraverim; quia non Diſputatorem erudio, ſed Rhetoricæ tyronem. Denique & hoc utile *exercitium Dialecticum* eſt, ſi juventus diſcat, non modò varia invenire argumenta, ex quibus omnis generis conficiat Syllogiſmos; verùm etiam unum idemq; argumentum in varias formas transfundat, ut ex Syllogiſmo affirmante faciat negantem, ex univerſali particularem, ex perfecto imperfectum, aut plusquam perfectum, &c. Quò facit doctrina *de Oppoſitione & Converſione* propoſitionum, deque *reductione* Syllogiſmorum, omiſſis tamen tricis illis, quæ bona ingenia ad altiora tendentia fruſtrà tenent. CA-

CAPUT III.

De Amplificatione, Variatione & Exornatione Rhetorica:

34. AD Expolitionem Rhetoricam neceſſaria eſt 1. dicendorum *inventio*, 2. inventorum *diſpoſitio*, 3. diſpoſitorum *elocutio*.

35. *Inventio Rhetorica*, etſi ex Dialectica fluat, differt tamen maximè, inprimis ut proprium à communi. *Finis* ejus amplificare rem modis & rationibus huic arti propriis. Quemadmodum diſponendo eadem variatur, & eloquendo exornatur maximé. *Objectum* eſt *Thema ſimplex*, ut; *Pietas*; aut *Quæſtio dubia*, ut; *an Pietati ſit ſtudendum?* Thema *ſimplex* per Locos Dialecticos expolitur: ita quidem, ut, quamvis omnes eorum excutiendi ſint foruli, tamen juxta ſumma rerum genera, quæ-

decem

decem Prædicamenta ſunt, quidam Loci magis minusve quadrent. Ita *V.G.* Pietatis nec partes integrales, nec materia ex qua, nec forma, quæ ſit à fine, officio, & characteriſmo, ſive deſcriptione actionum & ſignorum ejus, disjuncta, quæri poſſunt aut debent. Qua de re minutim agere non eſt opus, uſus meliùs docebit.

36. In *Quæſtione dubia* Inventio *propoſitionum* diſtingui ſolet ab inventione *argumentorum*, de illa *Eraſm. l. 2. Rat. 10.* de hac *Rat. 11.* ubi vide. Vereor, ne magis intricetur res, quàm explicetur. Nam & propoſitiones argumenta ſunt, ſed generalia: quæ quæſtionem non expediant per ſe, niſi fulciantur aliis probationib⁹. Verùm abſit omnis hoc loco contẽtio, ubi mihi tam ſollicito & accurato eſſe non libet, nec opus eſt. Loci autẽ invẽ-

tionis

tionis Rhetoricæ in hac Quæſtione dubia [quæ propria artis eſt] aliter atque aliter dividuntur. Noſtri Progymnaſtici diſtinguunt in *στοιχεῖα Elementa*, *aut Circumſtantias*, & *κεφάλαια Capita*, eaque vel *prima* vel *finalia*.

37. Eſto itaque *Locus* I. *à Circumſtantiis*, cujus maximus *uſus* eſt in Narrationibus adſtruendis aut deſtruendis, & in Actionibus, aut factis ſive probandis aut improbandis, ſive etiam dilatandis & exaggerandis. Sunt autem Circumſtantiæ, *1. Perſona* aut *quaſi perſona*; quæ aliquid agit aut patitur, quâ poſitâ reſpondetur ad quæſtionem *Quis?* quæ Perſonæ communiter accidant, undè deſcribi, laudarive aut vituperari poſſit, parte ſequenti commodiùs exponetur: *2. Res*; factum, di-

ctum, cogitatum, *Quid? 3. Tempus*; ut: præſens, præteritum, futurum: prius, poſterius, interea: hora, dies, añus: partes añi, & accidentia temporis, feſtumne an profeſtum, tempeſtivum an intempeſtivum ſit? &c. *Quando? Quousq́; ? Quamdiu? 4. Locus*; naturalis, artificialis: propinquus, remotus: particularis, univerſalis: terreſtris, maritimus, cœleſtis: ſacer, profanus, &c. *Vbi? 5. Cauſſa*; de qua in Dialecticis ſuprà: *Quibus auxiliis? Cur? à qua, ex qua, per quam, propter quam? &c. 6. Modus*; *Quomodo?* id eſt, quæ *perſonæ diſpoſitio* ſit? prudenter, an imprudenter; ex propoſito an caſu, neceſſitate, vi, egerit? Item quæ *actiones & rei qualitas aut quantitas?* utrùm bene an malè, parùm aut

aut nimis, cum virtute an cum vitio? & ſimilia.

V. G. Quæſtio, ut dixi, eſto: *an Pietati ſtudendum ſit?* Propoſitio ſit: *Pietas ad omnia utilis eſt.* Hanc amplifico per omnes circumſtantias: *Quis?* Pietas; hæc *q. perſona eſt*, per analogiam: eamque laudare poſſum iis argumentis, quæ in progymnaſmate Laudationis infrà adducentur: quòd originem trahat è cœlo, quòd Dei q. filia ſit, præſtet Virtutibus cæteris omnibus, &c. *Quid?* utilis eſt, prodeſt ſcilicet, & *commoda affert*, quod *q. factum* eſt: idque amplifico iis rationibus, quibus facta ſolent & debent, de quo itidem ſuo loco, ut; *per diſtributionem generis in ſuas ſpecies*; commoda hujus vitæ & futuræ, qualia ſunt favor Dei, venia delictorum, pax conſcientiæ, &c. *Quando?* in præſens, reſpectu præteriti,

teriti, & futuri: omnibus annis, diebus, horis, momentis: *Quamdiu?* ſemper, in æternum. Quæ omnia argumentis artificialibus aut inartificialibus confirmari poterunt. *Ubi?* in toto mundo, in terra, mari, cœlo; in Eccleſia, Curia, domo, in omnibus opificum officinis, inſtitorum tabernis, in ergaſtulis, in carceribus, in exilio, ſub ipſa cruce, in rogo, ut Martyrum. Jam *undè* hæc utilitas? *Quibus auxiliis? Quare?* à Deo, ab Angelis, à piis aliis opitulantibus: ex Divina tutela, conſolatione, liberatione, aliorum mutuis precibus, & auxiliis; ut omnibus modis ſalvus ſit pius, *privativè*, ex omni malo; & beatus, *poſitivè*, in omni bono. *Quomodo?* quàm ſapienti Dei conſilio? quàm conſtanti propoſito? quàm feliciter, ſalutariter, neceſſariò, maximoperè & modis

modis omnibus. Viden' hanc Dilatandi Rationem eſſe copioſiſſimam, & plurimùm ad eam adjumenti efferre *Antimeriam* Grammaticam *Adverbiorum*? Itaque & Dionyſius Halicarnaſſeus omnes *circumſtantias*, præter perſonam & rem, *Adverbia*, ἐπιῤῥήματα, appellavit.

38. *Locus* II. eſt *à Capitibus primis*, quæ extra Quæſtionis *ſubjectum* ad probandum, aut illuſtrandum, aut & delectandum, adſumuntur: Qualia ſunt *1. Oppoſita*, id eſt, ut ſuprà, *contraria*, *contradicentia*, *relativa*, *privativa*; item *diverſa & diſparata*, ut; non furem te dico, ſed ſacrilegum: non latronem, ſed parricidam &c. *2. Comparata*, eadem, quæ ſuprá; *parabolæ*, *exempla*, & quæ *analogiâ* quâdam ac *proportione* inter ſe conveniunt.

veniunt. 3. *Teſtimonio*, quæ ſunt *Divina* vel *humana*; eaque vel *verborum* vel *rerum*; *propria*, *aliena*; *unius*, *plurium*, *paucorum*, *multorum*, ut famæ, &c. de quibus *Cicero in Topicis* & ſuprá. His in Expolitione *Chriarum & Sententiarum & in Locis Communibus* maximè utimur.

V.G. ſit propoſitio altera ad propoſitam Quæſtionem: *Pietas pulcherrima virtus eſt.* Probo 1. *ab Oppoſitis*; Quanto etenim deteſtabilior eſt *Dei contemptus*, tantò illa pulchrior eſt. Nihil impietate adverſus Summum Numen fœdius, nihil atrocius, nihil horribilius dici poſſit. Quæ quomodo exaggeranda ſint, ex tractatione *Loci Communis* apparebit. Impius non ſceleratus, ſed ſcelus eſt; *Non homo*, ſed in humana forma Cacodæmon: Nihil videt, nihil audit, nihil intelligit, nihil ſentit; juſto

Dei

Dei judicio *cæcus*, *ſurdus*, *brutus*, *ſtupidus*, in ſuum amens furensque præcipitat exitium. 2. *à Comparatis*; Quòd ſi tanta *virtutis cujuscunq;* pulchritudo eſt, ut ſi corporeis oculis adſpici poſſet, omnes, juxta Platonem, in amorem ſui raperet; quid *Pietate* formoſius, pulchrius, amabilius eſſe poſſit? Quod *Sol* in cœlo eſt, hoc Pietas *in choro* virtutum: omnes ab illa lucem ſplendoremque ſuum mutuantur. *Servus* fidelis, *filius* obſequens, *conjux* caſta, *amicus* ſincerus, inter pulcherrima habentur: Quid Pius adverſùs Deum? qui æternum illud Numen veretur ut ſervus, obſervat ut filius, amat ut conjux, colit ut amicus? Habes hîc tria argumenta, *ab impari minori*, à *ſimili* ſive *parabola*, & ab *analogia*. 3. *à Teſtimonio & ab exemplis* obvia ſunt.

39. *Locus* III. *à Capitibus finalibus*, quæ ita dicuntur, quòd *finis certaminis* in iis conſiſtat. Nam *prima*, quaſi ante juſtam pugnam, *præludia* ſunt. Ducuntur autem finalia à *Vero*, *Bono*, *Poſſibili*, aut contrà. 1. *Verum* ſub ſe continet *perſpicuum*, *certum*, *veriſimile*, *conſequens aut ſibi*, naturæ, conſuetudini, communique opinioni *non repugnans*. Falſum contra *obſcurum*, *dubium & incertum* nullo digno auctore, nullaque cum fide; *tum & incredibile*, *& repugnans*. 2 *Bonum honeſtum*, *utile*, *jucundum eſt*. Honeſtum autem; *quod decorum* eſt, ſive perſonam decet; *quod juſtum*, id eſt, *legitimum*, Legibus ſcriptis aut non ſcriptis conforme; *quod æquum*, rationi rectæ conſonum, piumque in Deum & in homines; quodque *glorioſum* & cum

cum laude famaque immortali conjunctum. Utile aliud, ut dixi, *privativè* dicitur, quòd mala depellat; aliud *poſitivè*, quòd bona adferat & efficiat: pertinetque huc *commodum*, quod ad agendum obtinendumve aliquid requiritur. Jucundum, quod *cum voluptate* conjunctum eſt, aut procul abeſt, *à dolore & pœnitentia*. 3. *Poſſibile* denique complectitur *facile*, quod citò nec magno cum labore aut impendio poteſt confici; & *neceſſarium*, quod aliter eſſe non poteſt; & *contingens*, quod fieri ſolet. Hæc omnia, ut entis ſui affectiones, contemplatur Metaphyſicus, Rhetor ad uſum transfert. *Exemplum*, cùm ex iis, quæ in Dialectica inventione diximus, ad manum ſit, & hæc ipſa capita in *Theſi* deinceps & *Loco Communi* repeten-

repetenda ſint,addere hîc abs re eſt; & video Epitomen hanc ſub manu mihi creſccre. Tantum de Inventione Rhetorica.

40. DISPOSITIO alia eſt 1. *Quæſtionum aut Propoſitionum:* quæ eodem modo variantur, quó Propoſitio Dialectica: ſi fiat *ex quæſtione ſimplici conjuncta*; An Pietas & utilis & neceſſaria ſit? *ex abſoluta comparata*; An illa utilior ſit auro & opibus? *ex infinita*, ſive theſi; an utilis ſit? hypotheſis & *finita*; An Jobo utilis? vide infrà *de Theſi lib. 1. Progymnaſm.* Hæc variatio non modò tædium abſtergit auditoribus; ſed & dicentibus copiam argumentorum ſuppeditat.

41. Alia 2. eſt *Argumentationum*; utitur autem Rhetor & *Syllogiſmis perfectis*: ſed ferè *ordine*

inverſo, ut celet artificium; & *imperfectu*, quales ſunt Enthymema & Exemplum; vel *pluſquam perfectis*, quales dicuntur Inductio, Sorites, & Rhetorum proprium *Epichirema*, quod aliqui definiunt Syllogiſmum quadripartitum, aut quinquepartitum, nempe cùm major minorque propoſitiones rationibus ſuis, ex quibus Proſyllogiſmi conficiuntur, confirmantur, de his diligenter *Voſſius lib. 3. cap. 5. ſect. 4. & ſeqq.* Itaque de his formis idem dicendum, quod de Dialecticis, aptè variandas eſſe, ſic ut ars tamen lateat, nec vulgo oſtentetur. Exempla dedi ſuprà *num. 33.* quæ detractis quibusdam, aut additis, aut turbato ordine inverſis præmiſſis & concluſione [quæ tamen omitti non poteſt, repeti autem ſemper non debet] huc referantur. *De Enthymemate*

& Epi-

& Epichiremate vide Quintilianum quoq; lib.5.cap.ult.

42. Supereſt Elocutio; in qua variationem recipiunt inprimis *Dignitas & character. Dignitas* eſt, cùm oratio Tropis & Schematibus exornatur. *Character* orationi convenientem habitum q. induit, ut apta ſit rebus ac perſonis. Alia enim dictio alios decet, & aliis rebus convenit. Eloquens eſt, qui ſubtilia tenui, magna gravi, mediocria mediocri charactere ſtyli exſequi poteſt, *de hoc charactere triplici Agellius lib. 7. cap. 14. & Cicero ad Herenn. l. 4. poſt princ. copiosè*; ut recentiores, & in his *Voſſium*, taceam. Ac *de charactere* quidem plura nunc non addo, quòd operoſior videatur ejus Variatio; cujus tamen exemplum poſſit eſſe; ſi de ſtudio Pietatis diſputet *ſubtiliter Philoſophus*, eâ for-

mâ, quâ ſuprà Dialecticus noſter, *num.33. Mediocriter Senator*, in curia & apud Patres: *Graviter concionator* in ſuggeſtu ad plures impios, Dei contemptores: Primus punctim quaſi feriet; alter etiam cæſim: tertius tonabit & fulminabit. Quod quibus modis fieri debeat, dicti Autores docebunt. *Elocutionis ornatæ* variandæ ratio conſtabit exemplo, per præcipuos *Tropos & Schemata* inſigniora.

43. *Tropi* præcipui ſunt, ex Loco Dialectico Cauſſarum *Metonymia*, quæ etiam ex Subjectis & Adjunctis fit, de qua *Eraſm. lib.1.cap.22.* Ex Genere & Specie, Toto & Parte *Synecdoche*, Idem *cap.23.* Ex Comparatis ſimilibus *Metaphora*, *Ibid. cap.16.17.18.* Ex Contrariis *Ironia*; Metaphora frequentior & nobilior eſt; undè primum meruit locum, ducitque familiam. Sit

Senten-

Sententia hæc itaque varianda & exornanda: *Pietas ſummo ſtudio colenda eſt*; additâ ratione; *quia Virtutum omnium pulcherrima & utiliſſima eſt. Metaphoræ*: Pietas *Sol* eſt Virtutum omnium, omnibus *lumen* ſuum *fœnerans*, quâ ſublatâ *tenebræ* ſunt & *caligo* mera: *Regina* eſt pravis cupiditatibus *imperans*, affectus *coërcens* & *refrenans*, dicta factaque noſtra omnia *regens & moderans*: Hic eſt *Oceanus* quidam, è quo bona omnia in univerſum genus humanum *diffunduntur. Metonymiæ*: *Spiritus* ille *Pietatis* ſolus *cinerem* hunc æternitate beare, cœlo *cœnum* inferre, *pulverẽ* Angelis æquare poteſt. Quamobrem *piæ menti* inprimis ſtudeamus, quæ & omnes *lacrymas* nobis abſtergat, & ſolido *gaudio* perfundat. *Cerebro* carent, qui Pie-

tatem negligunt, *fronte* qui contemnunt. *Synecdochæ: Nôſſe* Deum Sapientia ſumma eſt. Totum eſt *fides* in Deum, ex qua *Charitas*, id eſt, omnia Pietatis in proximum officia, oriuntur. Quot illa *animas Orco* ſubripuit, *aſtris* inſeruit? ubi *dies* perpetuò candidos agant, nunquam finiendos. *Ironia:* Scilicet Deum contemni *par* eſt. O *ſanctas* mentes! Salve *Thales*, *non* Epicure: quàm tu *oculatus* es, qui primus *videris nullam* eſſe Pietatis utilitatem? En *cor* Zenodoti! &c. Troporum *ſpecies ſecundarias & affectiones* omitto: habet exempla juventus apud Eraſmum *Antonomaſiæ*, *Metalepſeos*, *Allegoriæ*, *Hyperboles*, *&c.* quæ imitetur. Pergo ad *Schemata*. Nimia diligentia Rhetorum hanc doctrinam involvit, dum & nomina Fi-

gurarum

gurarum & genera, non magna ex cauſſa, certè parvo cum diſcentium emolumento, multiplicant. Mihi uſitatiora & utiliora pauca excerpere ſufficiet.

44. *Schemata* alia *Dictionis* ſunt, alia *Sententiæ*: eaque vel ad *παθοποιΐαν* inprimis ſpectant, quia *motum orationi* addunt; vel ad *αὔξησιν*, quia *eandem augent* & amplificant. Sunt itaque inter *Lectica ſive Dictionis* 1. quæ eandem vocem eodem ſenſu repetunt diverſimodé, ut *Epizeuxis*, continua repetitio: *Pietas*, *Pietas*, inquam, mater & princeps Virtutum eſt omnium: *Felix* ille, terque quaterque *felix*, qui Deum ex animo coluerit! *Anaphora: Pius* habet Deum propitium, *pius* ab Angelis cuſtoditur, &c. *Epiſtrophe aut*

Epiphora: *Iucunda* eſt corporis ſanitas; *jucundior Pietas:* Adjumenti *multum* afferunt divitiæ; *plus Pietas:* ſanè *pulchra* eſt *Philoſophia*; ſed *magis Pietas*; ubi & *Prolepſis, Occupatio & Comparatio, & Polyptoton. Simploce:* Quid *Deum homini* conciliat? annon *Pietas?* Quid *hominem Deo* unit? utique *Pietas*; ubi & *Communicatio*, & *Antimetabole, Commutatio. Epanalepſis:* *Pietate* nihil pulchrius, neq; ſalutarius quicquam *Pietate. Beatus eſt*, qui novit Deum, qui colit, magis etiam *beatus eſt. Anadiploſis:* Pius ubique habet Deum *præſentem: præſentem* dico? imò & faventem ac propitium; ubi & *Correctio.* Vides quosdam Divinitùs periculis *ereptos? eripuit* Pietas: alios bonis omnibus *cumulatos?*

cumula-

cumulavit Pietas, ubi quoque *Apoſtrophe, Communicatio, & Epiſtrophe. Climax* ſive *Gradatio:* Credituri in Chriſtum, ſecundùm gratioſum Divinæ Voluntatis propoſitum *vocantur, vocati* juſtificantur, *juſtificati* adoptantur, *adoptati* Spiritu Sancto obſignantur, &c. In Pietate continetur *pœnitentia*; in pœnitentia *fides* quaſi anima eſt; ex fide oritur *ſpes*; ex ſpe *patientia, &c.* Itaque Pietas omnia bona complectitur. *Epanodos: Pietas* ſolum reſpicit *Deum*, & *Deus* ſolam quærit *Pietatem. Pios* contemnunt *impii*, & *impios pii* viciſſim: ut *contemptum contemptu* ulciſcantur; ubi & *Polyptoton.* 2. alia Schemata dictionis repetunt vocem eandem, ſed ſenſu diverſo; *Dilogia*, aut *Antanaclaſis; Pii* in Deum, *pii* ſunt erga proximum: & quò

quisque Divinis beneficiis ſe *gratiorem* exhibet, eò Deo *gratior* eſt: ubi ambigua ſunt nomina; *Pius & gratus*, *&c.* 3. alia ludunt in ſono ſimili, ut *Paronomaſia:* Pietas non in *doctis dictis*, aut in nuda *ſcientia* ſine *conſcientia* poſita eſt: iſta animos non *ornant*, ſed *onerant*. Et qui fidem docet charitate *inanem*, non *fidem* docet, ſed *perfidiam immanem*; non *docet*, ſed *nocet*: ubi & *Ploce*, *&c.* Item *ſimiliter cadentia & deſinentia*, ὁμοιόπτωτα καὶ ὁμοιοτέλευτα: Pietati ergò *ſtudeamus*, Deum *quæramus*, inventumque *diligamus*, ut ad ſalutem *perveniamus*. Sed ad alia:

45. Schemata *Pathetica, ſive Concitatiõis*, præcipua ſunt hæc: *Apoſtrophe*, *allocutio* perſonæ vel quaſi ab inſtituto alienæ, ut ſi quis ad

ad pios, Deum, pietatem ipſam ſermonem convertat: *Aporia, Dubitatio*, quando quis ſecum disceptat: quid dicam? undè ordiar? *Anacœnoſis, Communicatio*, quando quis interrogat alios: *Parrheſia, libertas dicendi*: grave eſt, quod dicam, & dicam tamen, &c. *Apoſiopeſis, Reticentia*: ſed quid ego hæc? Quare ſi ſalvi eſſe velitis, mentem ab iſta impietate avertite, Deum colite! ſin autem; ſed omen avertat clemens Deus, melioremque animum inſpiret! Item *Exclamatio*, cui variæ quaſi ſpecies ſubſunt, ut *admiratio, abominatio, indignatio, obſecratio, adjuratio, exſecratio, precatio, deprecatio, irriſio, &c.* Exempla paſſim inſperſi talium, ut iterare pigeat. Ita ad hunc locum ſpectant illæ Figuræ,

quæ vel interrogatione,vel exclamatione conſtant, ut θαυμασμὸς, *Admiratio* : ô ineffabilem Pietatis utilitatem! Quantus in pios Dei amor; quanta benevolentia eſt? ἐπιτίμησις, *acris Reprehenſio* : Quouſque ergò Pietatem negligetis? quouſque tanta ejus præmia ſpernetis? ô nunquam dolituri! ô ſemper inertes! ἐπίπληξις, *Territatio* : Ac ſi tanta bona mentem veſtram non tangunt; terreant tamen vos, ô ferrea pectora, impendentia ſupplicia: Deum non timetis ultorem? ſtrictum juſtitiæ enſem non expaveſcitis? Ἀνέλπισις, *Deſperatio* : Quanquam quid eſt, quod exhorter? quis adamantinas mentes iſtas frangat? quis induratos in pravum corrigat? Ἀγανάκτησις, *Indignatio*: ô ingratiſſimos bipedum! ô ſceleratiſſimos! quis enim contineat ſe? quis æquo ferat

rat animo, ſic Deum deſpici, irrideri? vos vindex ille juſtiſſimus, vos; ſed reprimo me, & malo bene precari. *Διασυρμὸς aut Sarcaſmus, irriſio, illuſio:* Veniet tamen, veniet dies, quo iſta frangatur pervicacia! quoque infernum illud Tartari barathrum compeſcat iſtam ferociam! iſthic, ô effrenes, jacete! ite nunc, Deum naſo ſuspendite, vindicem ejus oculum deridete! *& plura id genus.*

46. Schemata denique *Auxetica ſive Amplificationis* alia 1. probant, ut ex *Loco Definitionis*; quo *Periphraſis & Definitio* ipſa Nominis ac Rei, eaque ſimplex aut cum differentia & oppoſitione, quæ *Paradiaſtole* vocatur, pertinent: ſic impios *circumloquutione* dicimus omnis religionis contemptores: At *Paradiaſtole* eſt:

Nolim equidem Pietatem appellare virtutem, majus quid eſt omni virtute. *Additur* αἰτιολογία, *ratio à cauſſa*: Nam cæteræ Virtutes ſtudio humano acquiruntur; Pietatem inſpirat Deus ipſe: *Ex Loco Diſtributionis*, μερισμὸς, *Diviſio*, συναθροισμὸς, *Congeries*, ἀπαρίθμησις, *Enumeratio*, ἀνάβασις ἢ αὔξησις, *Incrementum.* Nulla vitæ pars eſt, neque *publicis*, neque *privatis*, neque *ſacris*, neque *profanis* in rebus, quæ Pietatis officio vacare poſſit: *Vita*, *ſalus*, *jucunditas*, *felicitas* omnis à Pietate eſt. *Cùm duo* ſint, quæ omnium votis expetuntur, *felicitas* in hac vita, *beatitudo* in futura; neutra harum ulli abſque Pietate obvenire poteſt. Pietas hominem *tuetur*, contra pericula *defendit*, è periculis *eruit*, in tuto *collocat*, bonis omni-

bus

bus *cumulat*, æternùm denique *beat*: ſine ea nec in Templis *religio*, nec in Foro *juſtitia*, nec in negotiis *æquitas*, nec inter conjuges *pax & concordia*, nec in communi vitæ ſocietate *Virtus ulla* poterit conſiſtere. Porrò *ex Loco Cauſſarum*, & reliquorum argumentorum rei inſitorum eſt ἀπολογία. Exempla ſæpiùs adducta ſunt. Hæc igitur maximè probant & amplificant: alia 2. *magis illuſtrant*, quæ *ex Loco Comparatorum* adferuntur: qualia ſunt *Imago*, εἰκὼν, ſimilitudo imperfecta, & ἀνανταπόδοτον, ut: Pietas ſoli ſimilis eſt inter Virtutes: *Comparatio*, σύγκρισις, quæ habet πρότασιν καὶ ἀπόδοσιν: *Exemplum*, παράδειγμα: de his ſuprà ſatis, & quomodo tractanda ſint, talia docet *Eraſm. l.2. Rat 13. & 14.* Jam 3. quædam hujus generis Schemata

ad

ad Contentionem præcipuè faciunt, quæ *ex Loco Oppoſitorum* ducuntur: qualia ſunt *Prolepſis*, *Occupatio*, cujus partes *Objectio*, ſive Interrogatio, & *Subjectio*, Reſponſio; vel quod idem ὑποφορὰ καὶ ἀνθυποφορά. Cæterum *reſpondendi* variæ ſunt Figuræ: res exemplo pateſcet, obiter tantúm. Dicunt nihil eſſe Pietate laborioſius. *Reſponſio* per ἄρνησιν, *Inficiationem*: Dicunt, non probant: pernego tam laborioſam eſſe, quàm iſtis videatur: per ἐπανόρθωσιν, *Correctionem*; ego verò facilem eſſe ajo: quid facilem dico? jucunda, ſuavis, plena voluptatis eſt: per παρομολογίαν, *Conceſſionem & Confeſſionem*: Sed eſto, laborioſa ſit, ponamus eſſe difficilem: cum ἀντεισαγωγῇ: at pulcherrima, at utiliſſima eſt: per ἀντιστροφὴν, *Inverſionem*; quod

quod genus τὸ βίαιον dicunt: Difficilis; ſed non indè conſequitur, quòd negligenda ſit: Imò magis ideò colenda; cùm difficillima quæque ſint optima. Eodem facit τὸ ἀπροσδόκητον, *Inexſpectatum*; Non negabo, laborioſum eſſe obſervare Dei præcepta, ad nutum ipſius vitam componere, cavere cane pejus & angue ſcelera, ſpernere mundi voluptates, &c. Quid ergò? non iſta omnia laboris & moleſtiæ plena ſunt? ſunt ſanè; ſed *perditis hominibus*, nepotibus, ganeonibus, & ſimilibus: nam Bonis Mentibus nihil illâ *moleſtiâ jucundius*, nihil iſto *labore tranquillius*: quas iſta, quam illi demiſſis q. manibus fugiunt, Dei timoris *ſarcina levat, non gravat*; *onusq;* iſtud *exonerat* potiùs, quàm *onerat*. Hoc *Oxymoron* eſt. Cætera ex

Oppo-

Oppoſitis Schemata ad amplificandum & illuſtrandum ſpectant, ut *Antitheta:* oditDeus impios, amat pios. Quis non anteponat horum ſapientiam illorum inſcitiæ; horum ſecuritatem illorum perpetuæ trepidationi? piis nihil obeſſe mali poteſt; impiis nihil prodeſſe boni: Ita ἀντιμετάβολή, *Commutatio & Alternatio:* Pietas nec vitæ nec alterius cujusquam rei cauſſâ, ſed per ſe expetenda eſt: Neque enim ideò Deus colendus eſt,ut vivamus; ſed ideò vivendum eſt, ut Deum colamus. Pii cùm videantur ſervire, regnant; at impii, etſi regnent, ſerviunt. Quis non malit cum piis ſub ſpecie miſeriæ eſſe feliciſſimus; quàm cum impiis ſub ſpecie felicitatis miſerrimus? Denique ut tandem abſolvam, 4. ſuperſunt Sche-

Schemata illa, quæ *ad compoſitionem & ordinis concinnitatem* pertinent: uti ſunt; ὑπέρβατον, *Trajectio* aut *Transgreſſio verbi* ad finiendum ſententiam: & παρεμβολὴ, *Interjectio*, à qua parùm differt παρένθεσις, *Interpoſitio*: & Zeugma, *Iugatio* cum συναντήσει, *Occurſione*. Exemplum *primæ* eſto; Pietatem igitur, quandoquidem intelligitis, nihil eâ Deo acceptius, nihil Angelis amabilius, nihil Diabolo horribilius, nihil piis omnibus utilius eſſe, pietatem, inquam, omni ſtudio proſequamini: *Secundæ*; ſin impietati dediti fueritis, *omen avertat Deus*! æternam damnationem non effugietis. Pietas, *hæc enim ſola poteſt*, æternis vos bonis mactabit: *Tertiæ*; Ea & *utilis* & *neceſſaria* eſt: *utilis*; quia omnia bona

bona affert: *neceſſaria*; quia ſine ea nemo quicquam boni conſequetur: Illa nobis & *Deum*, & *Angelos*, & *bonos omnes* conciliat: *Bonos* quidem, ut pro nobis intercedant; *Angelos* verò, ut nos defendant: *Deum*, ut paterno amore nos complectatur. His adde jam *Digreſſionum*, διεξόδων, varias rationes & formulas, cùm à propoſito aliquando devii excurrimus ad aliena, inſtituto tamen conducibilia; & redimus ad penſum: Item μετάβασιν, *Tranſitionem* ab una parte ad aliam, quâ monemus, quid dictum ſit, &, quid dicendum ſit, promittimus: Tum & ἀπόδωξιν, *Rejectioem* in alium locum & tempus: ut & ἀπόφασιν aut παράλειψιν, *Negationem vel Præteritionem*, cùm ſimulamus non dictu-

dicturos nos, quod tamen dicimus. Quarum exempla & formulas, ut & omnium harum Figurarum, colligat Rhetoricæ ſtudioſus, & in Locos ſuos Rhetoricos redigat, ut in promptu habeat, quod imitari debeat. Tantum *de Elocutione* quàm potui pauciſſimis. Cæterùm *Exergaſian* ſive *Expolitionem*, *Ecphraſin* aut *Diatypoſin*, *Deſcriptionem*, & *Ethopœiam*, *Sermocinationem*, de quibus ſeorſim parte ſequenti dicendum, ſciens, aliaque multa, omiſi.

CAPUT IV.

De Contractione.

47. C*Ontractio* orationis, *συντομία καὶ βραχυλογία*, ut dilatationi contraria eſt; ita contrariis fit rationibus, *de qua Eraſm. l. 1.*

cap.5.& ad fin.lib.2. Ego pauca hîc annoto; quoniam *juventuti* minùs convenit, *ſenes* potiùs decet. *Volo enim, ſe efferat in adoleſcente fœcunditas*, ait Cicero, & probat *Quintilianus*: nam nec muſta annos ferent & vetuſtate proficient, ſi in lacu ſtatim auſtera ſint &c.*l.2.c.4.*

48. Poteſt tamen fieri, ut *neceſſaria* ſit; ſive *rem* ſpectes, de qua dicendum eſt; *ne tragœdias agamus in nugis, magna dicamus de lente, fluctus concitemus in ſimpulo*, ut habent adagia: ſive *genus Scriptionis*. Nam *Epiſtolici characteris* virtus eſt brevitas, *vide Voſſium lib.6. cap.5.ſect.4.* ſive cùm *locus tempusq́. & ſcopus* prohibent, longo uti ambitu, in adducendis Chriis, exemplis, & ſimilibus.

49. Sit autem *brevitas*, ut paſſim monet Quintilianus, *1. int. gr.*, ne aliquid ex neceſſariis deſideretur.

retur. In eo enim ponitur, non ut minus; ſed ne plus dicatur, quàm oportet. Sit 2. *perſpicua*: nam nimium corripientes omnia, ſequi ſolet obſcuritas; ſàtiusque eſt aliquid ſupereſſe, quàm deeſſe. Sit 3. *non inornata*, alioqui erit indocta, *vide l.4.c.2.* vide *Eraſm. in Epilog.lib.2.* ubi cæteræ ejus virtutes.

50. Fit ea *in genere*; ſi recidamus omnia, quibus ſublati, nec cognitioni quicquam nec utilitati detrahatur: *Grammaticè*; ſi utamur verbis propriis, abſtineamus ſynonymis, ſtudeamus, ut ſermo ſit ἀφελὴς, *ſimplex*, & quotidiano ſimilis, &c. *Rhetoricè & Dialecticè*; ſi in *Inventione* argumenta adhibeamus pauciora, ſed fortiora: *in narrationibus* reſcindamus circumſtantias; *in deſcriptionibus* paucis multa complectamur,

mur, ut Salluſtius, cùm diceret: Mithridates corpore ingenti perindè armatus, quod laudat *Fabius lib.8.cap.3.* in *argumentando* enthymemata crebra adducamus, vix ulla Epichiremata; Syllogiſmos ſcilicet imperfectos, non plenos, non abundantes: ſi *elocutio* careat Schematibus, maximè *Amplificationis*; ſi frequentiùs conſtet ἐμφάσει, quæ plus ſignificat, quàm dicit, ἀποσιωπήσει, quæ vocem abſcindat, aut ſupprimat, *de quibus Fabius lib.8.cap.cit.&c.* Si *partes orationis* habeat pauciores; ut qui apud Areopagitas cauſſas agebant, absq; affectibus & prooemio, *de quo Eraſ. ſub fin. lib. 2.* Denique ſi ipſa *compoſitio* ſit κομματική, non περιοδική. Explico:

51. *Grammaticis*, ut orationem diſtinguant, tria ſunt *interpungendi*

gendi

gendi genera: Comma ſive *inciſum*, quod virgulâ notatur; eſtque ſententia imperfecta, quæ ſuſpenſum tenet animum: *Colon, membrum*, quod duobus notatur punctis: quod perfectam habet ſententiam, ſed ad aliud ſequens relatam, quo poſito, cùm finitur, fit *Periodus, circuitus*, notaturque puncto. Inter *comma & colon* medium eſt *ſemicolon*, ex puncto & virgula compoſitum; quo uti ſolemus in partitionibus: *propria, aliena; ſacra, profana, &c.* aut cùm uno verbo duæ Sententiæ clauduntur: *quid divitiæ poſſint, conſideras; quid virtus, non item:* quin& plerunque inter Conjunctiones *cùm, tum; quanquam, tamen*; vel quod idem, inter *antecedens & conſequens* propoſitionum conditionalium, adverſativarum, comparativarum,

disjunctivarum,&c. *Rhetoribus* verò *Periodus* longior circumductio eſt, quæ plures ſimul comprehendit integras Sententias, uno principio & fine terminatas: conſtat itaque & *commatibus*, membris minoribus; & *colis*, longioribus, de quo *Voſſ. l. 4. c. 3.* Ergò *Oratio commatica*, qualem Hoſeæ Prophetæ tribuit Hieronymus, eſt, quæ membris multis brevioribus interciſa eſt. *Periodica*, quæ crebriores habet & longiores iſtiusmodi circuitus. Quod hîc quoque obiter obſervandum fuit. Exempla *ſtyli* hujus contracti & *commatici* præbent Cicero in Epiſtolis: inter Hiſtoricos Salluſtius, Pomponius Mela, Plinius, Severus Sulpitius, &c. Finio *partem priorem*, in poſteriore brevior ut ſim, facient Progymnaſmatum libri duo ſeorſim editi.

PROGYMNASTICES ORATORIÆ.

PARS POSTERIOR.

CAPUT I.

Progymnaſmata quid? & quæ?

52. P*Rogymnaſma* nihil aliud eſt quàm *Præexercitamentum* Rhetoricum: Ejus *ſpecies* recenſentur vulgò XIV. hoc ordine:

53. FABULA propriè *Apologus*; quales Æſopii, de quibus in notis ad Phædri fabulas ſatis dixi. Itaque Eraſmus *à fabuloſis Narrationibus* rectè diſtinxit *lib.2.de Cop.*

54. NARRATIO, ſive *Exemplum*, aut Hiſtoria: Eſtque vel *vera*, ut Hiſtorica; vel *fabuloſa*, ut Poëtica, veriſimilis; vel *ficta* ex ingenio; ſive *veriſimiliter*, quales ſunt Parabolæ in S. Literis frequentes; ſive

cum manifeſta abſurditate, utilitatis cujusdam, aut & voluptatis tantùm cauſſâ; quales quædam Poëticæ, Allegoricæ, Ænigmaticæ, &c. Quò pertinent Somnia, Emblemata, Vera Hiſtoria Luciani, Legendæ Sanctorum plurimæ, *de quibus Eraſm. l. 2. Rat. 13. & 17.*

55. Chria, *utile* aliquod perſonæ cujusdam *monitum*: quod vel *dicto* conſtat, ut Apophthegmata; vel *facto* ſolo, tacitè utile ἀπομνημόνευμα inſinuans; *vel utroque* ſimul. Parùm differt autem

56. Gnome, minusque Noëma: niſi quòd iſta ſolis dictis continentur, & vel perſonâ carent, ut *Gnomæ, Sententiæ*; vel cum perſona obſcurè Sententiam promunt, ut *Noëmata, Cogitata*. Gnome eſt: *Patria eſt omne ſolum forti.* Noëma: *Teucro ubicunque bene erat, ibi erat Patria.* Teucer in vetere Tragœdia dixit:

dixit: *Patria eſt, ubi bene eſt!* hæc Chria eſt, *Voſſius lib.5. ſub fin. De his conjunctim Eraſm. Rat.15.*

57. Confutatio & contraria Confirmatio; quibus dicta factaque ut improbabilia *refelluntur*, aut ut probabilia *adſtruuntur*. Sequitur

58. Locus Communis, quo res aut facta manifeſta, poſt confirmationem, exaggerantur, aut extenuantur, cùm Epilogica adhortatione, aut dehortatione; *De his Eraſm. Rat.6.9.10.11.*

59. *Laus, Vituperium, Comparatio*, generis Demonſtrativi rudimenta ſunt, de quibus Eraſmus ſub titulo *Demonſtrativæ contentionis.*

60. Ethopoeia, *Sermocinatio* eſt effectuoſa, cùm oratio pathetica perſonæ rebusque conveni-

ens affingitur, de qua Eraſmus *in Deſcriptione Perſonæ.*

61. ECPHRASIS, *Deſcriptio* eſt quâ aliquid velut ad oculum demonſtratur, *Idem Rat.* 5. *copioſè pluribus.*

62. THESIS & LEGISLATIO tractant *quæſtionem dubiam infinitam:* illa *de re* agit, hæc *de jure*; utraque *ex Confirmatione & Confutatione* componitur.

CAPUT II.

Materia, Forma, Finis.

63. MAteria ſunt *Perſonæ vel quaſi, Res, Dicta, Facta:* quæ vel ſimpliciter deſcribuntur, *in Ecphraſi*; vel narrantur, *in Diegeſi*; vel laudantur, vituperantur, comparantur; vel exaggerantur, extenuantur, per *Locum Communem & Ethopœiam*; vel denique approbantur, aut improbantur: quò

quò pertinent *Confirmatio*, *Confutatio*, *Theſis*, *Legiſlatio*, quin & dictorum factorumque *laus aut vituperatio*; horum enim tractatio ferè eadem eſt.

64. *Forma* conſiſtit partim in *Expolitione*, quam *Exergaſian* vocant Græci; partim in *Contradictione*, ſive *Antirrheſi*. *Expolitio* Auctori *ad Herenn. lib. 4.* definitur figura amplificationis, *cùm in eodem loco manemus, & aliud atq; aliud dicere videmur*, ἐπιμονὴ propriè. *De ea ibid. & apud Eraſm. Rat. 16.* *Contradictio* propriè fit non ſolâ *Confirmatione*, verùm etiam oppoſitarum rationum *Confutatione*: itaque hæc in ſola *Theſi & Legiſlatione* locum invenit; etſi ex utroque Progymnaſmate conſtet; cætera omnia *Expolitione*:

 65. *Ex-*

65. *Expolitio* tamen vel *ſimplex* eſt copiam & ornatum tantùm ſpectans, ut Fabulæ, Narrationis, Chriæ, Sententiæ: vel *conjuncta* cum argumentatione: eâque aut *Logicâ*, id eſt, docente, probante, ut Laudis, Vituperii, Comparationis, Deſcriptionis, Confutationis & Confirmationis; aut *Patheticâ*, id eſt, affectus concitante, ut Loci Communis & Ethopœiæ.

66. *Finis proximus* præparare ad bene dicendum; *ultimus* orationibus exornandis aut amplificandis inſervire, in quolibet Cauſſarum Genere.

67. Alia itaque horum *ad Genus Demonſtrativum* pertinent; ut Laus, Vituperium, Comparatio: Alia *ad Suaſorium*; Theſis & Legislatio; Locus Communis & Ethopœia: Alia *ad Iudiciale*; Confirmatio & Confutatio: cætera ferè

commu-

communia ſunt, omnibus argumenta quædam aut ornamenta ſuppeditantia.

68. Præterea, quamvis ut præexercitamenta integræ quædam Declamationes ſint; tamen, ſi *uſum* reſpicias *in Orationibus*, partim *partes* earum ſunt *principales*, ut Narratio, Confirmatio, Confutatio, Amplificatio cum Epilogo: partim *minùs principales*, quibus iſtæ principales illuſtrantur, confirmantur, amplificantur. Nam Fabula, Exemplum, Sententiæ confirmant ex capitulis, quæ *prima* diximus; ex capitibus *finalibus* Theſis & Legislatio: Laus, Vituperium, Comparatio, Ecphraſis, Ethopœia, amplificant.

69. Ad *Materiam* pertinent *Loci Argumentorum*, ex quibus tractantur; ad *Formam*, *Partes* tractatio-

ctationis & *Modi. Argumentorum Loci* ſunt vel *Dialectici;* quibus ut *communiter* uti licet in omni genere; ita *propriè* oportet, in *Laude, Vituperio, Comparatione:* quæ per omnes ferè Locos deduci poſſunt; *Ecphraſis* per ſola ferè Effecta & Adjuncta in oculos incurrentia: factâ diſtributione totius in partes, integri in membra, generis in ſpecies. Vel ſunt *Rhetorici:* Ita *Fabulæ & Narrationes* dilatantur *Circumſtantiis:* Eædem ut & *Chriæ & Sententiæ* per ἐπιφώνησιν approbantur & amplificantur *capitulis primis*, poſt Paraphraſin, & Ætiologiam: *Capitulis finalibus* conſtant *Confirmatio & Confutatio*, ut & laus aut reprehenſio Dicti vel Facti, ac

demum

demum *Theſis & Legislatio*: Omnibus denique Locis componitur *Locus Communis*, diſtinctè tamen: nam *in exaggeratione* adhibentur Loci Dialectici, & circumſtantiæ cum capitibus primis; *in exhortatione*, quam *Excluſionem Miſericordiæ* vocant, capita finalia ponuntur: at in *Ethopœia* eadem omnia locum habent, verùm confertim & denſè factâ diſtributione in Antecedentia, Connexa, Conſequentia: ſive, ut Rhetores noſtri digerunt; *in præſentia*, quæ per Circumſtantias dilatantur & exaggerantur per Locos Dialecticos; & *in præterita*, quorum eadem amplificandi ratio eſt; & *in futurà*, quibus capita finalia licet inſpergere, omnia κατ᾽ ἔμφασιν, ut plus innuatur geſtu & affectu, quàm verbis exponatur: itaque ea, quæ

de Contractione diximus, ad *Ethopœian* maximè ſpectant.

70. *Partes* etiam differunt: *Exordium* à perſona aut à re ponitur in omnibus, exceptâ *Ethopæiâ*, quæ nullo eget; & *Loco Communi* ac *Ecphraſi*: nam in illo pro exordio eſt *Tranſitio*, figura amplificationis; in hac *propoſitio* ſive nuda, ſive ornata per oppoſitionem antitheſios, aut per deſcenſum à theſi ad hypotheſin. *Propoſitio*, demptâ *Ethopæiâ*, ubique neceſſaria eſt: In iſta tamen propoſitionis vicem ſubire poteſt aptus ad ſermocinationem acceſſus: *Patria tecum ſic agit, Catilina, &c.* ut Concluſionis loco eſſe poteſt receſſus: *Hæc tecum ſi Patria loquatur, &c.* Ita enim commodè orationi inſeritur. *Narrationem* eſſe oportet ſimplicem *in Confir-*

matione

matione & Confutatione; duplicem *in Fabula, Narratione, Chria, Sententia*; nam talia primò contractè proponuntur; deindè expoliuntur ſive *per Circumſtantias*, ut Fabula & Narratio; ſive *per Paraphraſin*, ut Chria & Sententia. Sic *in Loco Communi* bis ponitur Narratio; per *amplificationem* primò *ex Circumſtantiis* in exaggeratione ſtatim pòſt theſin & propoſitionem; & iterum, poſt capita finalia, in excluſione miſericordiæ, *per diatypoſin*: utraque Narratio pathetica eſt, ut & *in Ethopœia*: *Ecphraſis* tota mera narratio eſt, rem oculariter demonſtrans. Jam *Tractatio* ipſa, ut dictum eſt, conſtat vel ſolâ *Dilatatione & Expolitione*; per ἐπιφώνησιν ſive acclamationem & approbationem, ætiologian cauſſæ redditionem, perque illu-

ſtrationem à contrariò & à comparatis, additâ *judicatione*, id eſt, teſtimonio & exemplo: quomodo tractantur *Fabulæ*, *Narrationes*, *Chriæ*, *Sententiæ*: vel etiam *argumentatione*, de qua modò *n. 65. & 69.* Sic tractantur cætera omnia præter Ecphraſin, quæ nullis argumentis utitur, ſed ſenſum & oculos advocat. *Epilogum* habent omnia præter *Ethopœiam* & *Ecphraſin*, quanquam in hac repeti poſſit propoſitio, & concludi: Conſtat autem Epilogus vel ἀνακεφαλαίωσει & *complexione*, ut in Confirmatione & Confutatione; vel παθοποΐα *affectuum concitatione*, ſive excluſione miſericordiæ, aut contrà, ut in Loco Communi; vel *brevi exhortatione aut dehortatione*, ut in cæteris.

71. Denique *Modus Tractandi* Varius

Varius eſt: 1. Alius *Liber*, pro cujusque arbitrio, ex artis tamen præſcripto; alius *Adſtrictus* ad exemplum alterius, per Imitationem: 2. Alius *Simplex* ſive per dilatationem ſive per contractionem; alius *Varius*, per *Variationem*; ſi quis idem Thema ſæpiùs tractet & ſecum ipſe certet: aut per *Connexionem*, ſi invicem aptè connectat. 3. Denique alius *ſeorſim* per ſe, *extra* aliam Orationem; alius *conjunctim* propter aliud, *intra* corpus Orationis, ſive ea Epiſtola ſit, ſive Dialogus, ſive Hiſtoria, ſive Oratio Rhetorica: Et cùm ſeorſim tractantur iſta, modus teneri poteſt, vel *naturalis*, quo argumenta diſponuntur eo ordine, quem Natura rerum, juxta communia præcepta, requirit; vel *artificialis* magis, cùm Rhetor artem celat, argumenta è turba quaſi ſeligit,

ligit, eaque ingenioſè dividit, ut de Laudatione dixi *in Progymnaſmat. lib. 1. cap. 9. num. 8.* & Exempla horum omnium modorum propoſui, ex præcipuis Scriptoribus, *lib. 2. paſſim.* Ex his, quid quodlibet Progymnaſma; quæque ejus tractandi ſit ratio, ſatis poteſt eſſe perſpicuum; ſi modò parte in priori quis, mediocri cum induſtria, verſatus exercitatusque fuerit. Poſſemque hîc ſubſiſtere: ſed ne quicquam deſit rectæ inſtitutioni utile aut neceſſarium, duo quaſi pro auctario addam: alterum *de Imitatione & Epiſtolis*; alterum *de Praxi* totius hujus Progymnaſtices, cum ſummaria recapitulatione, quæ pro *Indiculo* ſit.

I. DE IMITATIONE.

72. DIxi de hac *in Muſageta*, ſive *Conſilio Extemporaneo* pauca,

ca, quæ non repeto. *Eſt Imitatio* in ſcribendo exercitatio, quâ noſtram ſcriptionem ſic ad alterius exemplum componimus, ut vel æquè bene dicere, vel etiam meliùs annitamur. Dicam autem de ſola Latina, & ferè tantùm de puerili.

73. *Finis* igitur eſt ejus 1. optimis ut fiamus ſimiles, 2. ut, ſi fieri poſſit, etiam ſuperemus: quod docet elegantiſſimè *Quintilianus lib.10. cap.2.* quem de tota hac ratione vide.

74. *Objectum* eſt, quicquid optimum in optimis reperitur: *ſtultiſſimum, credo, ad imitandum non optima quæq; proponere*, ait Plinius in Epiſt. Quare & Autores eligendi ſunt certi, & in ipſis diſcernenda vitia à virtutibus; ut has æmulemur, vitemus illa, *Quintil. l. cit.*

75. *Autorum delectus* alius eſt

ad

ad ſtylum comparandum; alius *ad res ipſas*. Stylus, de quo hîc agimus, Oratorius eſt: nam Hiſtoricis & Poëtis alius convenit. In omni autem genere ſtyli Oratorii, ſive Forenſem illum, ſive Familiarem Epiſtolicum, ſive Philoſophicum Dialogicumve ſpectes, *Cicero*, & quidem *unicus hodiè*, primas tenet.

76. Quare opera danda eſt, ut *in ſtylo* ei quàm maximè fiamus conformes: proximos tamen honores occupârunt, qui ætate non longè diſtant: ex Hiſtoricis *Cæſar & Curtius*; ex Comicis *Plautus & Terentius*; ex Rhetoribus *Quintilianus*; & aſſecuti ſunt præ cæteris ex noſtris *Lactantius ac Hieronymus*; quos in rebus Chriſtianis ut imitemur, cogit neceſſitas. *Prudentis eſt, quod in quoq; optimum ſit, ſi poſſit, ſuum facere*, Quintil. l. cit.

77. Sed *ad Res* ipſas conquirendas,

rendas, comparandamq́; Copiam earum, quæ in Philologia continetur, quod *ex Auſonio* dixi *in Muſageta*, firmum maneat: *Perlege, quodcunq; eſt memorabile!* de quo cùm ubi pluribus actum ſit, hîc quieſco.

78. Deindè in ipſo Cicerone & cæteris, quos nominavi, alia legenda ſunt *à pueris*; alia *ab adultis*. *Pueri* incipiant *ab Epiſtolicis*, ſed ſelectioribus, addant *Phædri* ſcitiſſimas *Fabulas* & *P. Syri Mimos*: Provectiores *Terentium* jungant & *Quintilianum*: Sequantur cæteri illi: reliquis indictis hac quidem tenùs abſtineant, usque dum boni coloris ſtylum conſequuti ſint: *Adultiores*, qui jam de rebus judicare poterunt, tranſeant ad Scripta Ciceronis Philoſophica & ad Orationes: in quibus tamen ipſis hic tenendus ordo, ut à faciliori-

bus

bus ad graviora tendamus. Sed *de Objecto* nunc quidem ſatis.

79. *Media* ſunt *Lectio & Scriptio*. De *Lectione* dixi in Muſageta, nec opus eſt, ut plura addam: nam de Imitatione in ſcribendo dicere cœpi. Ea autem conſtat vel *Analyſi*, vel *Geneſi*.

80. *Analyſis* ſcriptum, quod in exemplum nobis proponimus, reſolvit, ut per partes examinari, quæque vel imitanda, vel fugienda ſint, diſcuti poſſint. *Finis* ejus Reſolutionis eſt ἐκλογὴ, *Excerptio*, ſine qua nemo unquam doctus evaſit.

81. Porrò Analyſis, ejusque effectus Excerptio, alia eſt *Grammatica*; alia *Dialectica*; alia *Rhetorica*: altiùs adſcendere, nunc quidem nondum neceſſe eſt.

82. *Grammatica* vel *Etymologica* eſt; vel *Syntactica*: in illa obſervanda

vanda ſunt ſeorſim *partes orationis, partiumq́; accidentia:* in hac *conſtructio, diſtinctio & coordinatio:* in utraque ſimul verborum ac phraſium *vis, copia, varietas.*

83. Itaque Grammaticus Doctor has intra metas ſe teneat, ut in qualibet lectione moneat; 1. Si quid in partibus orationis aut accidentibus earum, rarum & eximium ſit. 2. Si qua ſingularis conſtructio; ſi apta diſtinctio & interpunctio, [quam partem, cum magno dedecore & damno juventutis, negligi doleo] ſi concinna compoſitio ſit: de quibus ſuprà *num. 14. ſect. 7. & num. 49.* Ad hæc 3. Si purè, ſi propriè, aut contrà, quid dictum ſit; *num. 8.* Denique 4. ſi copia ſe offerat in Synonymia, aut Varietas in Heteroſi, Antimeria, &c. Jubeat talia ſtatim Excerptorum ſuorum libro quem-

que

que inferre diſcipulorum : *num. 12.13.14. & ſeqq.*

84. Hoc enim iterum iterumque dico ; fieri non poſſe, non poſſe, inquam, fieri, ut Latinitas ab ullo rectè comprehendatur, niſi à puerili ſtatim primordio Theſaurum aliquem ſibi ejus conſtruere incipiat. Hoc niſi fiat, quid opus eſt, Grammaticas ediſcere, Scriptores claſſicos evolvere? ſi nihil indè auferamus, nihil in futurum colligamus?

85. Quamobrem pro adultioribus *Atrium Latinitatis* confeci, jam typis exſcriptum; & pro ætate incipiente, *Syllogen Synonymorum, Phraſiumq;*, puri & proprii ſermonis Latini, ex Cicerone maximâ ſui parte, compoſui, cui titulum feci *Scholæ Latinitatis, in certas claſſes & ſubſellia diſtinctæ :* ut haberent prima quædam lineamenta qua-

ta quaſi Romani ſermonis, & certa loculamenta, quo ſimilia aut alia conferre poſſent. Neque enim piget, pigebitve in poſterum, bono juventutis, ad iſta puerilia deſcendere, quoties id mihi negotia graviora permittunt. Sed in viam redeundum eſt. Sequitur cum tempore

86. *Analyſis Dialectica & Rhetorica*: in utraque notanda eſt *Inventio*, de qua *num.17*, usque ad *29.* & iterum *num.35.* usque ad *39.* & *Diſpoſitio, num.30. & 40.* in hac verò etiam *Elocutio, num.42. & ſeqq.* Ex his Locis examinet Doctor, quale Thema ſit, de quo agit autor? quid diſſerat? quibus argumentis? ex quibus Locis? quâ formâ diſpoſitionis? qua cum dignitate orationis? quo charactere? Juro vobis: hanc Praxin Rhetoricæ & Dialecticæ plus profuturam ad

Pru-

Prudentiam & Eloquentiam, quibus duabus rebus omnis humana ſocietas nititur; quàm omnes in univerſum illas argutiolas umbraticorum hominum, quæ Scholæ tantùm diſcuntur, non Vitæ.

87. Ex hac Analyſi confici debent jam *Loci Communes*, rerum maximè utilium: nec in eos notari tantùm *Sententiæ aut Exempla*, ſed inprimis *Argumenta*, ut dicturo olim materia in promptu ſit. *Modus*, ut & in Muſageta oſtendi, optimus videtur: ſi quis in qualibet diſciplına certum Scriptorem habeat interpoſitâ chartâ, in quem Vindemiolas ſuas conferat. V. G. Theologus Syntagma D. Himmelii, aut Syſtema D. Brochmandi; Concionator, de Virtutibus & Vitiis dicturus, Regulas Vitæ Chytræi, &c. Et ut ad puerilia hæc noſtra deſcendam, Dialecti-

cus

cus Tyro Topica Scheibleri, Rhetoricus Schemata D. Dieterici, aut ſi qui ſimiles extant: Quanquam in hoc ſtudio, cùm nec Loci Dialectici aut formæ Syllogiſmorum; nec Loci Rhetorici & ornamenta Troporum Figurarumve, magno ſint numero, facillimum ſit ex Indiculo noſtro ſuprà propoſito, Locorum Communium titulos conſcribere, quibus deindè, ſi opus ſit, ea, quæ dixi, quisque ſubnotet. Hoc niſi fiat, ſpes omnis imitandi decollavit. Quid enim imitere? lege obſecro Quintilianum *lib. cit. & loc.*

88. Analyſin hanc excipiat *Geneſis*, cujus finis eſt *opus* aut ſimile, aut & melius. Ac ſi quidem Scriptor fortè in manus veniat, qui rem eandem infeliciter aut mediocriter tractârit; omne navandum eſt ſtudium, ut præſte-

 mus:

mus: ſin certamen ſuſceptum ſit cum optimo aliquo; conandum tamen eſt, ut præcellamus; alioqui longo poſt ſe intervallo relinquet: nec manibus pedibusque contendet, qui de victoria jam deſperârit.

89. Poteſt autem Geneſis hæc iterum vel eſſe *Grammatica*, vel *Dialectica*, vel *Rhetorica*. Quare teneat mihi fidelis juventutis eruditor hunc ordinem: Diſcipulos *Grammaticæ*, propoſitâ aliquâ ejus Scriptoris, quem pro exemplo eſſe voluit imitationis, ſive Sententiâ, ſive Periodo longiore; jubeat virium ſuarum periculum facere, tentareque, an æquè bene aut etiam meliùs dicere valeant? Id quibus modis conſequi poſſint, oſtenſum eſt ſuprà *Parte 1. cap. 1. toto.*

90. Qui jam plus profecerint,

eodem modo variando, & in omnem partem verſando, Fabellam, Chriam, Narratiunculam aliquam in Autore ſuo oblatam, ſub acumen ſtyli revocent, certentque & cum illo & ſecum ipſi. Quo exercitii genere nihil utilius, de quo *in Paraphraſi lib. 1. & 2. Progymnaſm.* copioſè dixi.

91. At *Dialecticæ & Rhetoricæ* ſtudioſi, ex præceptis ſuprà allatis, varient propoſitiones, argumentationumque formas, eadem dicta aliis Schematibus exornent, nova ex Locis utriusque facultatis quærant argumenta, quæ poſtea fingant, pingant, expoliant, *ut ibid.* pluribus demonſtratum eſt.

92. Tum demum verò incipiant eandem materiam totam retractare, & refingere, & certare cum Autore, 1. delectu & copiâ, & varietate verborum ac conſtru-

ctionis, juxta *cap.1. Partis 1.* deindè 2. ubertate & acumine propoſitionum, argumentandique multiplici ſubtilitate, *juxta cap. 2.* Ac denique 3. nervis & robore argumentorum Rhetoricæ propriorum; elegantiâ item compoſitionis, & luminibus illis, quæ dignitatem orationi conciliant, ipſoque charactere dicendi, *juxta cap. 3.*

93. *Ordinem* verò in talibus obſervent *facilitatis*: incipiant *ab Epiſtolico genere*, aut à noſtro hoc *progymnaſtico*, nec ſaltu immani, ab infimo gradu, ſtatim arcem eloquentiæ invadant, aut ut Theon noſter dixit, *figlinam ordiantur à dolio.* Hæc ratio imitationis eſt, quâ qui inter homines ſapientiæ ac facundiæ gloriâ floruerunt, faſtigium illud, quod orbe toto eruditorum applaudente tenent,

nent,occupârunt. Plura non addo; nam hæc ſufficere arbitror.

II. DE EPISTOLIS.

94. QUoniam Epiſtolarum injectamentio eſt,quarum rationem Theon noſter *ad Ethopœiam* refert, ut *lib. 1. Progymn.cap.10.num.4.* pauciſſimis de iis componendis dicam, eaque his conſentanea, quæ modò de Imitatione. Ac de *nomine* quidem &*definitione*,abſit,ut actum agam. Nec de communibus quidem partibus, *Inſcriptione, Subſcriptione, Salutatione*, *Valedictione*, laboro: Formulas dederunt plurimi è viris doctis,& nuper adeò Vir. Clar. *Rupertus in Mercurio Epiſtolari.* Colligat ejus generis plura juventus ex noſtri ſeculi eruditis Scriptoribus, cogitetque, quod de verbis in univerſum dictum eſt,

de uſitatis iſtiusmodi formulis æquè verum eſſe, *Valere uſu ſicut numos.*

95. In ipſa verò ſcriptione hæc conſideranda ſunt 1. *Quis ſcribat?* nam plurimum intereſt, *Davusne loquatur, Herusne? Maturusne ſenex, an adhuc florente juventâ fervidus, &c.* Quod Ethopœiæ præceptum eſt. 2. *Cui ſcribat?* nam & hîc decorum etiam atque etiam obſervandum eſt: ut in familiari colloquio: ubi *cum familiaribus* comiter & feſtivè; *cum ſuperioribus* modeſtè & verecundè; *cum fœminis* caſtè & pudicè; *cum amicis* candidè & amanter; *cum inimicis* cautè & acriter; *cum doctis* eruditè & humanè; *cum indoctis* ſimpliciter & vulgariter, & cum aliis, uno verbo ut abſolvam, ſic agere ſolemus, ut ubique decet ac convenit.

96. In-

96. Inprimis ſpectandum eſt, 3. *Quæ de re* quis ſcripturus ſit? Nam materiam ſequitur ſcriptionis *character*, & *ſtyli compoſitio*, & *inventio* ipſa argumentorum ac *diſpoſitio*. Ea autem res vel eſt *propria* Epiſtolæ, vel *communis*: Propria, *familiaris* de rebus noſtris aut noſtrorum; confuſanea planè & miſcellanea, pari ſtylo & filo orationis, parique diſpoſitionis ordine, id eſt, nullo: ut quicquid in buccam venit. Quo in genere *Terentius & Cicero* præibunt, & hinc, puto, ducendum eſſe exercitationis hujus Epiſtolaris *initium*.

97. *Communis* materia ferè ad Genus aliquod Cauſſarum refertur; mihi ad aliquod Progymnaſma referre ſedet animo. Nam præexercitamentis his, quàm perfectæ Orationi, multò propiùs accedit

cedit Epiſtolarum ratio. Quare cùm Progymnaſmatum alia *Expolitione*, alia *Contradictione* conſtent, ut ex Theone docui; *Expolitio* verò vel nuda ſit; vel argumentis, iisque aut confirmantibus, aut amplificantibus, inſtructa: Ad nudam Expolitionem, qualis in *Narratione & Ecphraſi aut Deſcriptione* per ſe eſt, refero, NARRATORIAS aut Nunciatorias, *ſimplices* ſcilicet: nam ſi poſt narrationem aut annunciationem petitio, gratulatio, lamentatio, conſolatio, exhortatio, admonitio adjiciantur, aut alia id genus, *mixtæ* fiunt Epiſtolæ: quomodo cùm Progymnaſmata inter ſe alia aliis connectuntur, ut Narrationi fortè Fabula, aut Chria, ut ſuo loco dictum. In his tamen nec omnium circumſtantiarum inductione opus eſt, & chara-

character ſtyli ferè *tenuis* regnare debet, ut *cap. 4. de Contractione dixi:* niſi tamen materiæ gravitas cogat aſſurgere ad mediocrem characterem, *ut de Ecphraſi cap. 11. num. 6.* Et hic mihi *ſecundus q. gradus* ſit Scriptionis Epiſtolaris.

98. *Tertium* poſt has *Locum* teneant, quibus vel commendamus aliquos, vel collaudamus, vel reprehendimus, vel gratias agimus, vel gratiam ac benevolentiam conciliamus, vel ſtudia viciſſim & officia offerimus, in quibus omnibus *Laus*, *Vituperium*, *Comparatio*, cum argumentis confirmantibus, continentur: quamvis & his alia genera miſceantur & connecti ſoleant: Character his convenit *mediocris* ferè.

99. *Quarto in ordine* pono, quæ *Ethopœiis* ſimiles ſunt, in quibus amplificatione & affectuum con-

cri exilior, & *ſublimiori* humilior eſſe debet.

100. Puto hac ratione omnia genera Epiſtolarum commodè ad Progymnaſmata reduci, iisdemque argumentis, eâdem inventione & diſpoſitione, ſed minùs accuratâ, ordineque arbitrario, tractari poſſe. Qua de cauſa *in Progymnaſmate Loci Communis & Ethopœias* ex Theone modum docui, quo pleræque Epiſtolæ contexendæ ſint.

101. Sed hîc quoque ante omnia Imitatione opus eſt. Sequendi autem ſunt ex antiquis Scriptoribus Latinis duo præcipui *Cicero & Plinius*, Ciceronis, ut profeſſus eſt ipſe, æmulus: ex recentioribus *Eraſmus*, laudatusque Eraſmo *Angelus Politianus.* Qui plures deindè quæret, indicatos inveniet à Ludovico Vivo

& Lipſio *in Inſtit. Epiſt.* & relatos à Ruperto inter *Formulas.* Paucis priùs adſueſcat juventùs & optimis. Jactatio iſta ægri animi eſt, & ſuccum ac ſanguinem corrumpunt, qui pluribus cibis ſe infarciunt, plusque ingerunt, quàm poſſint digerere.

102. Denique ut finiam, Imitationis modus non eſt diverſus ab eo, quem expoſui. Reſolvat aliquis cujuscunque generis Epiſtolam, quarum *indices* Eraſmus aliique *è Cicerone & Plinio* confecerunt; artificium ex Analyſi obſervet & annotet; tum vel in ſimili vel in diverſa materia ſtudium operamque ponat, ac elaboret: Brevi hoc compendio, non magno tempore, nec labore difficili, rem pulcherrimam conſequetur.

III. INDICVLVS ET PRAXIS.

OMnia præexercitamenta hîc propoſita ſunt vel *Grammatica*, vel *Dialectica*, vel *Rhetorica*. Eorum hic ordo eſt Parte I.

I. GRAMMATICA, 1. Simplex *Expoſitio* Cap. I. num. 7. 10.

2. Variatio *per Synonymiam*, num. 11. 12. 13.

3. Per *Heteroſin*, *Antimerian*, *Enallagen*, *Hyſteroſin*, num. 14.

4. Per *Metaplaſmum* & *Metaphraſin Poëticam*, n. 15.

5. Per *Imitationem*, num. 88.& ſeqq.

II. DIALECTICA, 1. *Inventio* argumentorum *Topica*, Cap. II. num. 17.

2. Diſpoſitio & Variatio *Propoſitionum*, num. 30. 31. 32.

3. *Argumentationum*, n. 33.

III. RHETORICA, 1. Amplificatio *per Circumſtantias*, Cap. III. num. 37.

2. *Per Capita prima*, Exergaſia, num. 38.

3. *Per Capita finalia*, Confirmatio, & contrà, num. 39.

4. Variatio *Quæſtionum & Argumentationum*, num. 40. 41.

5. Va-

5. Variatio *Characteris*, num. 42.

6. Exornationis *per Tropos*, num. 43.

7. Per Schemata *Dictionis*, num. 44.

8. Per Schemara *Sententiarum*, num. 45.

9. Per Schemata *Amplificationis*, num 46.

10. Variatio *per Syntomian*, Contractionem, num. 47. 51.

Jam Parte II, ſequuntur *Propria*: Ea tractantur

1. *Liberè*, *ſimpliciter* & *ſeorſim*:

Fabula

Fabula num. 53. partes habet Exordium, Propoſitionem, in qua Contractio & προμύθιον, Expolitionem per circumſtantias, ecphraſin & ſermocinationem, cum epimythio & ἐπιφωνήσει: ab ætiologia, à contrario, à ſimili, ab exemplo & teſtimonio, cum brevi epilogo, *num. 69. 70. & ſuprà Cap. III. num. 38.*

Narrationis, Chriæ, Sententiæ, eadem ferè tractatio eſt, ibid. *Confutatio & Confirmatio* conſtant argumentis Rhetoricis ex capitibus finalibus, partes ſunt: Exordium, Propoſitio,

poſitio, Tractatio, Epilogus. *ibid. & Cap. III. ſuprà num. 39.*

Locus Communis argumentis utitur in Exaggeratione Dialecticis, in Excluſione miſericordiæ capitibus finalibus; partes habet 1. Tranſitionem pro Exordio: 2. Exaggerationem, 3. Excluſionem miſericordiæ. 4. Epilogum, *ibid. & cap. II. num. 17.*

Laus, Vituperium, Comparatio conſtant Exordio, Propoſitione, Confirmatione, Epilogo, argumentisque Dialecticis, *ibid.*

Ethopœia caret Exordio & Epilo-

Epilogo, narrat à præſentibus, præteritis & futuris, & exaggerat per circumſtantias, ac argumenta Rhetorica ex Capitibus finalibus inſpergit, *num.37.39.&c.*

Ecphraſis Deſcriptio eſt ſine Exordio & Epilogo, à ſummo ad imum per Diſtributionem & in oculos incurrentia effecta vel adjuncta, *ibid. & num.23.24.26.*

Theſis & Legislatio habent præter Exordium & Epilogum .Confirmationem ac Confutationem, *ibid. & num. 17.39.46.* ubi Figuræ ad Contentionem pertinentes.

2. *Con-*

2. *Conjunctim*, quando inter ſe nectuntur, aut cum orationibus aliis integris. *ibid. num.* 71.

3. *Contractè*, ut *num.* 49. 51. Omnia denique

4. *Per Imitationem*, num. 72. cujus exercitii partes Analyſis & Geneſis: *usq; ad n.* 93.

5. *Modo Epiſtolari*, de quo *num.* 94. *& ſeqq.* Tantum eſt.

F I N I S.

Mendæ typographicæ.

A 4. a. lin. 5. lege *divenienti.* A 7. b. l. 1. *percepta.* p. 1. l. pen. certas. p. 27. l. 6. ferè. p. 35. l. 3. impietate. p. 43. l. 12. bona. p. 46. l. 6. *negante.* p. 55. l. 1. *Teſtimonia.* p. 81. l. 11. ſublatis. p. 96. l. 1. contrario. p. 98. l. 6. *paſſim.*

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

MUSAGETES,

SIVE

DE STVDIIS RECTE INSTI-TUENDIS,

Ad

Multiplicem eruditionem, futuro Theologo neceſſariam, feliciter comparandam,

CONSILIUM EXTEM-PORANEUM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVOD DEVS, SAPIentiæ Pater & Altor, felix fauſtumq́; eſſe jubeat!

ITa eſt, adoleſcentes: Si quis in Eccleſia, in Schola, in Republica, Architectus futurus ſit, quod de ſuo ſcripſit Vitruvius; *pluribus diſciplinarum quaſi telis armatum eſſe oportet*: neminem verò magis, quàm qui ſtudia ſua Deo, Eccleſiæ Scholarumque Præſidi, it conſecratum: cui olim vel ad populum de variis rebus diſſerendum Sacrique Libri publicè enarrandi erunt, vel Bonæ Literæ &

Artes omnigenæ pubi Muſis operaturæ tradendæ.

2. Præparandus huic imbuendusque eſt animus Philoſophiâ & Philologiâ. *Philoſophiam* intelligo illam, quæ *Encyclios Diſciplina* dicitur, artium & ſcientiarum quendam orbem comprehendens: *Philologiam* verò, quæ ex Lectione Veterum Scriptorum colligitur, multiformem eruditionem. Illa maximè præceptis conſtat, hæc exemplis.

3. Multum conferet Philoſophia, plus tamen, arbitror, Philologia. *Longum iter eſt per præcepta, breve & efficax per exempla.* Præcepta, ut ſemina, pauca ſint, manuque ſpargantur, *non toto*, ut ajunt, *thylaco*. Philologia materiæ copiam ſuppeditabit deſtinatæ ædificationi; formam & ordinem ſtructuræ Philoſophia. Denique hujus

hujus defectum aliquem ingenii bonitas aliquando ſupplet; at variarum rerum copiam ſine Philologiæ ſtudio nemo comparabit. Habet Philoſophia Magiſtros & Duces, quos auſcultare poſſitis: Philologiæ ratio ferè hæc eſt, ut privato ſtudio acquirenda ſit. Viam comiter vobis commonſtrare operæ forſan pretium erit. Hic Scopus eſto!

4. Media ſunt *Lectio, Excerptio, Repetitio, Scriptio.*

1. LECTIO.

5. Aliter vobis inſtituenda eſt Philoſophica, aliter Philologica. De iſta accipite, quod præcipit Seneca: *Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat. Non convaleſcit planta, quæ ſæpè transfertur. Diſtrahit animum librorum multitudo.* Epiſt. 2.

6. Philologi eſt ire per omne Scriptorum genus.

Floriferis ut apes in ſaltibus
omnia libant.

Legendum non tantùm multum, ſed & multa; memori ſemper, quod Plinius, ille Librorum helluo, dixit: *Nullum eſſe Librum adeò malum, ut non aliqua ex parte proſit.*

7. Quare ante omnia ſuadeo, ut ad Encyclopædiam vobis comparetis in quolibet Diſciplinarum genere, unum aliquem probatum, facilemque Authorem, quem vobis aſſiduâ lectione faciatis familiarem, & ad quem referatis, quicquid deinceps ex promiſcua lectione annotarę ex uſu videbitur.

8. Deinde ne ullum veterum Scriptorum ſuperciliosè aſpernemini, moneo, niſi ſi quis ſcelera profeſ-

profeſſus docere, publicâ notâ damnatus ſit. Neceſſitatem hinc diſcetis: Sparguntur per Sacros Libros, ut alia taceam, variarum Gentium ritus, mores, inſtituta. Talia illorum futurus interpres vel negliget, cum detrimento ſenſus Literalis, cum periculo errandi, cum diſpendio famæ & exiſtimationis; vel ne hîc ei aqua hæreat, ut intelligat, nullos non evolvét Scriptores, undè intelligere queat. Ita vobis V. G. non contemnendi ſunt omninò vulgò ſpreti, *Petronius* Satyricus, *Apulejus* Mileſiarum fabularum concinnator, *Artemidorus* ſomniorum interpres. Eſto, nihil ſit illo obſcœnius, nihil iſto obſoletius, nihil hoc vanius; tamen qui prúdenter attigerit, non negabit, etiam in difficillimis S. Scripturæ Locis operam ſibi attuliſſe non inutilem. Nero-

nianam nequitiam exagitat Petronius; deteſtatur Apoſtolus, Rom. 1. 26. *Tunc enim*, ut obſervat Johannes Saresber. lib. 3. Policrat. cap. 13. *in auribus Romanorum hoc tuba Apoſtolica conclamabat, quando impiiſſimus Imperator Nero, luxuriæ ſævientis, puerum Sporum exſectis teſticulis in muliebrem naturam transformare conatus eſt.* Magicas & Idololatricas ſuperſtitiones paſſim pingunt vivis coloribus Prophetæ; ſed & Apulejus, ut alia taceam. Symbolicas viſiones, & elegantiſſimas S. Scriptorum Metaphoras, non dubito dicere, nonnihil illuſtrabit Artemidorus. Prudentia verò, quæ in ordine Lectionis & modo adhibenda ſit, commodiùs deindè exponetur.

2. EXCERPTIO.

9. Ut ritè fiat, ſpectandum eſt; *quid, quâ ratione, quo ordine, quem in*

finem

finem excerpendum ſit? *Quid?* non obvia quævis,ſed ſi quæ *aurea, perpetuâ ſemper digniſſima vitâ*: Verba & res, cumprimis quæ ad ſcopum veſtrorum Studiorum conducunt, quem animo præfixum ſemper intueamini. *Quâ ratione?* non verbotenus, non accuratè, niſi ſi quid eximium ſtatim memoriæ velitis infigere,aut metus ſit,ne defiat deinceps authoris copia. *Quo ordine?* nullo ſcrupuloſo,ſed ut quæque notabilia oculos mentemque ferient. Sic tamen, ut primo loco verba, altero res collocetis, & in his digerendis ordinem Diſciplinarum teneatis, appictis in margine vel numeris, vel certis quibuslibet notis,ut diſcernere in promptu ſit. *Quem in finem?* pro memoriæ ſubſidio, & pro Locorum Communium colligenda farragine.

10. Exemplo res plana fiet: Excerpta faciam *ex Libro Lucretii Tertio, extremo* à pag. 99. editionis Plantinianæ, usque ad finem.

1. Ad manum habeo *Adverſaria* mea, paucas fortè pagellas conſutas, in quæ digna memoratu conjiciam.
2. Literis majuſculis in medio albo nomen Scriptoris prænoto: LUCRETIUS l.3. p.99. &c.
3. Lego totum illud caput attentè, ut Sententiam percipiam.
4. Repeto Lectionem iterum iterumque, ut in Adverſaria conſignem, quæ vel novitate, vel venuſtate, vel utilitate ſuâ mentem excitârint ad excerpendum.
5. Hinc enoto jam 1. *Verba rara: Coitus conjugiumq; Corporis atq; Animæ*, p.100.℣.2. *Interrupta* ſemel cùm ſit *retinentia* no-

ſtri,

ſtri, ibid. ℣. 8. *Non ſincerum ſonere*, ubi Metaphora à confracto vaſe, cujus ſonus exploratur digito, ibid. ℣. 31. & ſimilia. Deindè nullo interpoſito ſpatio.

2. Subtexo *elegantias, figuras, proverbia, &c.* ut: *Non ſi terra mari miſcebitur, & mare Cælo*, p. 99. *Omnia pertuſum congeſta quaſi in vas Effluxére*, p. 102. *Vigilans ſtertit, nec ſomnia cernere ceſſat, &c.*

3. Adſcribo *graves & utiles Sententias*, brevitate quæ ſe commendant, quales ſunt: *Brevis eſt hic fructus homullis! Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus uſu. Præteritis admiſſa annis peccata remordent, &c.* Hæc memoriæ mandanda verboſiùs exſcribo: reliqua, quæ ad circularem illam παιδείαν

pertinent, obiter, præfixâ aliquâ notâ: ut; *Rhetor.* elegans Proſopopœia Rerum Naturæ ad mori indignantes, pag. 102. ℣. 25. *Phyſic.* Encomium ſcientiæ Naturalis. p. 107. ℣. 5. Quid mors? *Corporis atq; animai Diſcidium*, p. 99. ℣. 27. *Eth.* Malæ conſcientiæ tormenta verè infernalia, p. 104. *Myth.* Fabulæ de inferis Poëticæ, p. 104. *Hiſtor.* De Anco, Scipione, Homero, Democrito, Epicuro, p. 105. varia ſepulturæ genera: *Ignibus impoſitum calidis torreſcere flammis, aut in melle ſitum ſuffocari, &c.* p. 101.

4. Denique obſervo, quid *ad enarrandas S. Literas*, aut habendam concionem aliquid adferre poſſit adjumenti. Qualia illa: *Epicurei memoriâ mortis ad fruendas voluptates ſe excitare*

citare ſolent, pag.102.℣.6. ut 1. Cor.15.32. Sap.2.6. *De deſcenſu ad inferos animarum Metaphorico*. p.104.℣.8. Pſal.116.3. Jonæ 2 3. Vir pius *ut plenus vitæ conviva recedat*, p.102.32. & p.103.21.22. ſic pii dicuntur mortui, ſaturi dierum, gloriæ, divitiarum, Geneſ.25.8. 1. Paralipom.29.28. Denique cur ait Poëta; *nec opinanti* MORS *ad* CAPUT *adſtitit?* alluditne ad fabulam Hebræorum *de Angelo Mortis?* ex Prov.16.14. &c. Ita paſſim Theologiæ ſtudioſus ſagaciter deprehendet, in his Poëticis luſtris, aliquid pulpamenti, ad acuendam orexim: nec deerunt Jurisprudentiæ, aut Medicinæ Candidatis, quæ profutura ſint. *Ita in eodem prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertam.*

3. *REPETITIO.*

11. Quâ lecta animo imprimantur, ut altiùs deſcendant, & fideliùs hæreant, fieri poteſt, vel *à quolibet ſolo*, vel & *cum ſocio*. Summa præceptorum huc redit, ut quicquid per diem excerptum eſt, ſub veſperam relegatis, *nec priùs in dulcem declinent lumina ſomnum:* Singulis diebus aliquid memoriæ quaſi theſauro adjiciatis: *Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit. Adde parùm parvo, magnum cumulabis acervum.* Penſum quaſi hebdomadarium veſtrum ſingulis ſeptimanis, & ſubindè frequentiùs, repetatis: Duo aut tres mutuas jungatis operas, ſtatisque horis lecta proponatis in medium, alter alterum *in partem prædamq; vocans*, ut ſit, quod dicitur; *Communis Mercurius.*

Multa

Multa audire, audita tenere, retenta docere,
Hæc Tria diſcipulum faciunt ſuperare Magiſtrum.

4. *SCRIPTIO.*

12. Duplici fit ratione; alterâ, quâ Excerpta in *Locos Communes* referuntur; alterâ, quæ *ad Imitationem* ſpectat. De utraque multa multi. Ego hîc annum, quod dici ſolet, in articulum contraho.

13. De Locis Communibus. 1. *Excerpta* veſtra eo, quo dixi, modo diligenter *conficite*. 2. Si eousque excreverint, ut volumen fieri poſſit, *Indices* eorum, quæ ne memoriæ excidant, metus ſit, *concinnate*. Denique 3. aliquot compoſitis voluminibus, *Indicem Indicum elaborate*, relicto ubique ſpatio, ut locus ſit addendis. Ingentes Codices & verboſas exſcriptiones cavete. Lucro non magno facie-

tis,

tis, magno cum temporis diſpendio.

14. Vultis, vos in rem præſentem ducam, & doceam, quomodo talis Index Generalis debeat confieri? Promptus occurro:

1. Præſtò ſint, quod & ſuprà monere me commemini, variarum Diſciplinarum Libri ſelectiores, inſertâ mundâ chartâ. Hæ vobis quaſi accepti & expenſi Tabulæ erunt.

2. Ita pro Indice ſervire poterunt vobis, V.G. 1. Vocabulorum; *Ianua Comenii; Antiquarii* diverſi: *Gloſſaria Philoxeni* & aliorum, edita à Bonavent. Vulcanio.

2. Elegantiarum ſoluti ſermonis; *Phraſes Ulneri, Aldi Manutii, Calviſii, Tympii &c.*

3. Elegantiarum Poëticarum, *Theſaurus Buchleri, Flaviſſa*

viſſæ Poëticæ, nuper Coloniæ editæ.

4. Proverbiorum; *Epitome Adagiorum Eraſmi, aut Manutii.*

5. Pro Rhetorico; *D. Dieterici Rhetorica & Oratoria*, vel *Voſſii Inſtitutionum Epitome*: Dialectico; *Hornei Epitome, &c.* Phyſico; *Magiri, Sperlingii, &c.* Ethico; *Donaldſoni, Prætorii, Regulæ Vitæ Chytræi, &c.* Politico; *Lipſii, Schönborneri, Libenthalii, &c.* Fabulas & Mythologias Poëticas referetis *ad Elucidarium Poëticum, Geſneri Onomaſticum, Caroli Stephani Dictionarium Hiſtoricum*, quod & varias Proſopographias, Topographias & ſimilia, ſimul capere poterit. Quæ ad Hiſtoriam ſpectabunt, annotabitis ad *Sleidanum de IV. Summis Imperiis*, vel

vel potiùs *ad Cluveri Epitomen Hiſtor.* Quæ ad varia Gentium inſtituta; ad pulcherrimum Libellum *Alexandri Sardi de Morib. Gentium.* Theologiæ Studioſus habeat in promptu *D. Himmelii Syntagma*, vel *D. Hülſemanni Breviarium*, vel, qui præ cæteris percommodus ad hanc rem, *D. Brochmandi Syſtema*, & *Biblia Tremelliana*, in aliquot volumina diviſa.

3. In hos verò libros ea tantùm referetis, quæ in Excerptis veſtris ſummaque rerum capita, eo ferè modo, quo & ibi conſignata. Quisque ſcopum vitæ ſuæ propoſitum attentè ſpectabit. *Eſt aliquid, quò tendis? & in quod dirigis arcum?* Quare eò potiſſimùm collimet, & talem ſibi Indicem contexat, cujus per omnem vitam uſus

ſit

ſit neceſſarius. *Alia vita, alia* ajunt, *diæta. Non omnia poſſumus omnes.* Sed & *alia ætas alios mores, alia ſtudia poſtulat. Et trahit ſuus quemq́; quaſi Genius. - ſua quemq́; voluptas. Vita brevis; ars longa.*

4. Compendio copioſiſſimum Locorum Communium theſaurum colligere erit, *ſi Indices multæ Lectionis Scriptorum,* quales plerique elegantiores libri impreſſi locupletiſſimos habent, *in unum contrahantur:* V.G. Sic *Alexandri Neapolitani Dierum Genialium, cum Tiraquelli Commentario*, Index inſertus Libello Alexandri Sardi de Moribus Gentium, & Indicibus *Plutarchi, Athenæi, Clementis Alexandrini, Photii, Plinii* ac ſimilium auctus, theſaurum Philologicum conficiet.

cier. Non quòd quiſquam tantùm ex Indicibus ſapere, aut ſperare debeat, ſe iſto modo ad ſolidam eruditionem perventurum; ſed ut excerpta ſua quisque ejusmodi Indicibus expeditiùs adjicere, & ſi quando uſus feret, rerum verborumque copiam quaſi in numerato ad manum habere poſſit.

15. De Imitatione, quâ lectos Authores ut exemplar nobis proponimus, ut ad illorum ductum & lineas vel ſimile quid vel diverſum effingamus, quâ ratione Lectionem vertimus in ſuccum & ſanguinem, & eruditioni Colophonem tandem imponimus, videte Voſſium in Opuſc. de Rat. Studior. & alios. Nolim *poſt Roſcios in ſcenam*. Unum hoc præceptum commendo vobis: Aliud eſt ſcriptum

ptum aliquod imitari, aliud compilare, quod vulgò faciunt *imitatores ſervum pecus*, de quibus Seneca Pater, Controverſ. 34. *Multi ſunt, qui detracto verbo, aut mutato, aut adjecto, putant ſe alienas Sententias lucrifeciſſe: Hos ajebat Severus Caſſius, qui hoc facerent, ſimiles ſibi videri furibus, alienis poculis anſas mutantibus.* Vos ſi quem imitari voletis, inſtitutâ analyſi Logicâ & Rhetoricâ, argumenta & artificia examinate, *verba haud invita ſequentur.* Ita ad filum & ſtylum Lucretianum, *conſolationem, contra mortis terrores*, aut ad minuendum luctum ſuper defuncto, ſcripturus, expendat, quæ ſint ejus argumenta, quibus è locis petita, quantumque habeant momenti juxta trutinam vel Rectæ Rationis, vel Divinæ Revelationis? ſic habebit, quod vel ſimile dicat, vel contrarium.

rium: Ad iſtum modum, pellecto rio ipſo Lucretii carmine, quod ſuprà attigi, materiam habebitis, in qua ſimile quid conari poſſitis, & *Fabulæ*, de Inferis Poëticis; & *Chriæ*, ſtultorum omnis, inquit, Acheruſia vita eſt; *Gnomæ Exhortatoriæ*; Nihil eſt in morte timendum; & *Confutationis*, illius ipſius dictæ Fabulæ; & *Encomii*, Epicuri; & *Proſopopœiæ*, quid Deus dicere poſſit, ut ægrè ex hoc mundo recedentes, *jure increpet, inciletq́ue?* &c. Tantum de Mediis, ſupereſt

16. Mediorum uſus, ratio, ordo, tempus. *A teneris aſſueſcere multum eſt.* Itaque quamprimum Rudimenta Grammaticæ poſuerit Tyro, jam tum incipiat amare Libellos, & legere, colligat, ut apicula, favos, & ut araneola aliquid ex ſeipſo de tenero meditetur ungue.

Libelli pro iſto Tyrocinio ſunt 1. *Gnomologici*, ſacri & profani, Græci & Latini, ut: *Sententiæ inſigniores Zehneri. Buchleri Gnomologia. Hilneri Gnomologicum, & Viretum Pueritiæ, Lagnerii Sententiæ M. T. Ciceronis. Megiſeri Sententiæ. Flores Poëtarum. Flores Ovidii, &c.*

2. *Apophthegmata Eraſmi, Manutii, Poſſelii.*

3. *Fabulæ Æſopiæ Phædri, Faërni, Berſmanni, Avieni, Græca Gabriæ, Maximi Planudæ.*

4. *Adagiorum Eraſmi Epitome. Melchioris Iunii Adagiorum Centùriæ VIII. Proverbialium Carminum Loci Communes. Sacra Adagia Andreæ Schotti, Martini Delrio, & ex noſtris Zehneri* omnigenâ eruditione referti Libri ſunt, provectioribus diligenter terendi, quibus etiam pro

pro theſauro erunt *Adagia Eraſmi, Hadr. Iunii, Manutii, &c.*

5. *Symbola Heroica Paradini, Gabr. Simeonis, Imperatorum Reuſneri; Emblemata Sambuci, Hadr. Iunii*, & qui in hoc genere tulit omne punctum, *Alciati, cum Commentario Claudii Minois*, ut & *Camerarii elegantiſſima*, acuent ingenium, & plurimum eruditionis cumulabunt.

6. *Hieroglyphica Horapollinis*, Merceri, Hœſchelii, Cauſſini operâ illuſtrata: *Cauſſini Polyhiſtor Symbolicus*: *Pierii Valeriani Hieroglyphica*, multiplicis doctrinæ promptuarium ſunt.

7. *P. Syri Mimi*, (*Florilegium Ethico-Politicum*, aliquot millē Sententiarum, *Gruteri* cum ejus notis:) *Aurea Carmina Pythagora*, cum *Hieroclis Græco Commentario*, *Phocylides*, *Heſiodi* ἔργα

ἔργα καὶ ἡμέραι, etiam in Scholis tractantur.

8. *Exempla virtutum & vitiorum Valerii Maximi, Sabellici, Campoſulgoſi; Æliani variæ hiſtoriæ: Chiliades Iohannis Tzezæ à Cerbelio editæ, &c.*

17. Poſthæc ad ſtudia Poëtica applicandus eſt animus, legendique inprimis *Principes Poëtarum* in ſuo quisque genere; Comici, *Plautus & Terentius, cum Ariſtophane*; Tragici, *Seneca, cum Euripide, Sophocle, Æſchylo*; Bucolici, præter *Virgilium*, qui extra ordinem ponendus ſemper, *Nemeſianus, T. Calphurnius*, nuper à *Vlitio* editi cum Commentario, *cum Theocrito, &c.* Baſileæ anno 1546. editi ſunt Bucolici Latini ferè omnes, Authores numero XXXVIII. in uno volumine octavæ formæ: Lyrici, *Horatius, &*

Pindarus cæterique Græci ferè ei adjuncti: Elegiaci, *Ovidius*, *Tibullus*, *Propertius*, *Catullus*: Epigrammatici, *Martialis*, *Catullus*, *Auſonius*: Satyrici, *Horatius in Epiſtolis & Sermonibus*, *Iuvenalis*, *Perſius*. Deindè

1. *Ad pietatem Chriſtianam* inſtillandam facient *Chriſtiani Poëtæ* editi à Georg. Fabricio,&c. Sacra moralia præbebunt *Proſperi Epigrammata*; *Auſonii ſeptem Sapientes & Ephemeris*; *Boëthius* illuſtratus à Sizmanno; *Eugenius Toletanus*; *Althelmus Saxonum Epiſcopus* in Monoſtichis; *S. Columbanus*,&c alii.

Doctrinam fidei; *Paulinus in Panegyrico de obitu Celſi Pueri*; *& qui* contra varias hæreſes ſcripſerunt, *Prudentius*, *Proſper*.

Hiſtorias Sacras; à conditu Mundi, per Vetus & Novum Teſtamentum

mentum, *Dracontius*, *Hilarius Arelatenſis*, *Marius Victorinus*, qui in Geneſin ſcripſerunt: *Tertullianus* ut ſolet ἀρχαΐζων: Omnium optimus ſtylo & carmine, ad priſcum colorem & ſaporem, *Alcimus Avitus* editus à Zehnero: qui & *Paraphraſes in Evangelia* evulgavit ex Poëtis antiquis Chriſtianis: *Sedulius*, *Iuvencus*, *Arator*, Evangelicæ Hiſtoriæ Præcones, *Paulinus vita S. Iohannis Baptiſtæ*.

Cantica ſacra varii generis; *Prudentius* luculentiſſimo *Weitzii Commentario* adornatus: *Paulinus* in Paraphraſibus aliquot Pſalmorum, &c. [curaverunt ejus elegantiſſimam editionem *Ros Weidus & Ducæus*] *Ennodius*, *Venantius Fortunatianus*, & alii in Hymnis. Recentiores, qui paſſim in vulgus noti, ſtu-

dio prætermitto, quod ſemel monuiſſe ſufficit. Inprimis Sacræ Pædagogiæ rationem præſcribunt *Auſonius* ad Nepotem Idyll. 4. *Alcimus Avitus* ad Fuſcinam ſororem, *Paulinus* vel, ut aliis viſum, *Claudianus Mamercus ad Iovium, ad Romanianum & Licentium:* nec ſpernenda *Paſchaſii* exhortatio ad Pœnitentiam, &c. Inter Chriſtianos Poëtas Græcos omnes numeros explet *Gregorius Nazianzenus. Apollinarii Paraphraſis Pſalmorum, Nonni in Iohannem* manibus Scholaſticorum teruntur. *Anthologia Græcorum Epigrammatum* cum Brodæi Commentario miſcellanea habet ſacra & profana. *Georgii Piſidæ Coſmurgia, ſive Hexaëmeron,* quoque digna, quæ recenſeatur, &c. Faciliores ſunt iſti pubi

Chriſtia-

Chriſtianæ, quæ res ſacras cum materno lacte combibere incipit, poſſuntque & linguam & pectus inſtruere rerum verborumque copiâ, & meritò ideò legendi, atque ſuo in genere imitandi. Nam etſi *ſtultiſſimum ſit, ad imitandum non optima quæq; proponere*, ut cenſuit Plinius Junior in Epiſt. Tamen *neq; unus, quamvis præcipuus, imitandus*, quod monuit Seneca Pater, præfat. lib. 1. Controverſ. cùm nemo unquam repertus fuerit, qui unus in omni doctrinæ genere excelluerit; neque *à dolio inchoanda eſt figulina*, quod meritò reprehendit Theon Sophiſta. *Et quis illuſtrium Poëtarum eſt, qui non operibus ſuis aliquid ſtylo remiſſiore præluſerit? nam & Culicem legimus, & Batrachomyomachiam agnoſcimus*,

butum, quem Joſephum Devonium *Iſcanum* dictum volunt, Daretis Interpres verſu non ineleganti. Sequuntur temporis ratione *Silius Italicus*, & *Lucanus*, qui ad Romanam Hiſtoriam pertinent, & qui ultimi Latinorum laurum momorderunt, *Claudianus* operoſo Barthii Commentario illuſtratus; *Sidonius Apollinaris*, *Corippus*; *Petrus Apollonius Collatius*, qui Hiſtoriam Excidii Hieroſolymitani annis abhinc ferè mille ſcripſiſſe putatur, de quo tamen Scaliger in Hypercritico, de Arte Poëtica pag. 735. *Güntherus*, qui in *Ligurino ſuo* geſta Friderici Imperatoris exequutus eſt, recentiores & Chriſtiani ſunt, multa attentum de ſuis temporibus docturi, &c. Pertinent ad Idem argumentum

Tragici Poëtæ, Ovidii Faſti, Epiſtolæ Heroicæ, nonnullæ Elegiæ ejusdem & Propertii, *Muſæus de Hero & Leandro*, *Petronius de cauſis Belli Civilis*, *Auſonii Heroes & Cæſares*, &c.

18. Et quia ad ſtudia Hiſtorica jam devenimus, reliquos interim Poëtas miſſos faciemus, revocaturi quosque in ſuo ordine: Interim, ut Poëtis Chriſtianis compendium aliquod, quod ex puris Dei fontibus hauſtum ſit, mentemque in omni ſacra lectione dirigat, ne offendat, conjungendum eſt; ita profanis hisce Mythologis aut Hiſtoricis *Epitome aliqua Hiſtoriarum*, ne juventus, quod dici ſolet, ſine baculo ingrediatur: Ad illam, monui jam priùs, referat Lector ſedulus memoratu digna, miſceatque alterno ſtudio Poëtas & Hiſtoricos. Legendi hîc ſunt cum

cum Heſiodo & Ovidio *Mythologi* Latini, *Hyginus & Fulgentius* editi à Commelino, Græci *Apollodorus in Bibliotheca* de DEORUM origine, *Palæphatus* de Incredibilibus, *Phornutus, &c.* & inprimis *Giraldi de Diis Syntagmata*, ac *Natalis Comitis Mythologia*; quos duos tamen non ſuadeo ut totos, à capite ad calcem, ſimul & ſemel perlegat juventus, ſed ut quaſi in præſidio habeat, in aciem educendos, quoties opus erit. Multum quoq; adjumenti afferent, ad omnem Hiſtoriam veram aut fabularem, *Diodorus Siculus*, *Pauſanias*, *Conon & Ptolemæus Hephæſtion*, aliique ſimiles in *Photii Bibliotheca*, *Suidas* in Lexico ſuo. De Diis Gentilium legendi ſunt quoque *Auguſtinus* libris prioribus de Civitate DEI, & *Lactantius*, *Macrobii Saturnalia*, & qui de DEORUM imaginibus

ſcripſerunt, ut *Verdierius* Gallus, *Pictorius* Germanus in ſua Apotheoſi: *Clementis Alexandrini* Protrepticon, *Iuſtini Martyris* Paræneticum & de Monarchia, *Arnobius*, *Minutius Felix*, *Cyprianus* de Idololatria, & ut ad Græcos revertar, ordinem temporis ſecutus, *Theodoretus* de curandis Græcorum affectibus, *Cyrillus & Gregorius Nazianz.* in Julianum Parabatam, &c. totam illam profanam ac impiam Theologiam evertunt, opesque variæ eruditionis mirum in modum augent. Sed hos ut Studioſo Philologiæ jam nunc non ignotos velim, ſic Theologiæ Candidato tum demum accuratè legendos cenſeo, cùm poſt poſita Orthodoxæ Doctrinæ fundamenta, ad Studium controverſiarum ſe accinget, ut ante omnia Fidei Chriſtianæ veritatem contra A-

theos

theos adſtruere diſcat, cujus ſtudii fermè neglecti tantò indies major erit neceſſitas, quantò illorum numerus & præſidentia ſucceſcere videtur. Tum & addendi ſunt *Tertullianus*, & *Iulius Firmicus* Latini, Græci verò *Tatianus*, *Athenagoras*, *Theophilus* ad Autolycum, *Origenes* contra Celſum.

19. Delibatâ Hiſtoriâ ejus temporis, quod Græci μυθικὸν dixerunt, veniendum eſt ad Hiſtoriam veram, ſacram & profanam Eccleſiaſtica deguſtanda ex *Sulpitio Severo*, *Haymonis* Memoriâ rerum Chriſtianarum, *Pauli Oroſii* libris adverſùs Paganos, &c. Profana ex *Herodoto*, *Iuſtino* Trogi Epitomatore, qui primam & ſecundam Monarchiam maximè illuſtrabunt: Tertiam Græcorum, *Diodorus Siculus*, *Xenophon*, *Thucydides*, *Arrianus de Alex. M. &c.* ex Lati-

nis *Curtius*, *Cornelius Nepos* de Excellentibus viris, cum *Plutarchi* vitis conferendus: Quartam Scriptores Hiſtoriæ Romanæ, quorum præcipui *Dionyſius Halicarnaſſeus*, *Appianus*, *Polybius*, Græci; *Florus*, *Vellejus Paterculus*, *Salluſtius*, *Sextus Aurelius Victor*, & grandiores *Livius*, *Tacitus*, *Suetonius*, reliquique hiſtoriæ Auguſtæ conditores. Sed extant, inter *Hugonis Grotii de ſtud. rectè inſtit.* Diſſertationes, de Hiſtoricorum lectione diverſa Doctorum virorum conſilia. Ego Tyronem Scholaſticum iis formare ſtudiis profeſſus ſum, quæ quaſi προϋποσυφαί τινες ſunt, quibus tinctum imbutumque oporteat futurum Theologum, aut Scholaſticum Doctorem.

20. *Scholiaſtæ* quoque & *Commentatores* veteres Poëtarum penu hoc Hiſtoricum aut Mythi-

cum

cum locupletius reddent *Euſtathius* in Homerum, *Iſaacius Tzezes* in Lycophronis obſcuriſſimam Caſſandram, &c. *Servius* in Virgilium, *Luctatius* in Statium, &c. *Nonnus Panopolites*, cujus Paraphraſis legitur in Johannem, & Dionyſiaca extant, ſcripſit brevem expoſitionem Fabularum & Hiſtoriarum in Gregorii Nazianzeni Steliteuticas adverſùs Julianum Imperatorem, &c.

21. Progredimur *ad Philoſophiam* & Encyclopædiam, quæ quamvis in Academiis pleniùs tractetur, velim tamen vos Lectione quorundam claſſicorum Authorum quodammodo præparatum pectus ad illa ſeriora ſtudia adferre, & Poëtas iterum miſcere cum ſcriptoribus ſoluti ſermonis. Legendos itaque ſuadeo

1. De Philoſophia Naturali *Lucretium*

cretium cum Commentatio Lambini, aut Indice Gifanii, qui de rerum Natura Epicuri doctrinam elegantiſſimè explicavit: *Arati* Aſtronomica, cum *Manilio*, in quem Commentarium elaboratiſſimum ſcripſit Joſephus Scaliger, ut & Aratéa *Germanici, Ciceronis, Avieni*, cum Commentariis *Baſſi*, *Hygini*, & Hugonis Grotii: *Dionyſii Orbis Periegeſin*, cum Latina verſione *Priſciani*, vel Avieni & Commentario *Euſtathii*: *Oppiani*, cum Commentario Rittershuſii, *Gratii* item, & *Nemeſiani*, *&c.* de venatione, &c. Denique *Macrum*, & *Q. Serenum Sammonicum*, de re Medica. His aſſociabitis *Ariſtotelis Phyſic.* cum tempore, *Theonem*, *Proclum*, *&c.* in Aratum, *Euclida* Geometrica, *Theophraſtum* & *Dioſcoridem* de

de plantis, *Hippocratem & Galenum*, qui Philologo variam & miſcellaneam eruditionem quoque miniſtrabunt. Interim verò evolvetis quædam *Cornelii Celſi* Medicorum Latinorum Ciceronis; ſcriptores rei Ruſticæ, quorum diſertiſſimi *Varro & Columella*; Aſtronomum *Julium Firmicum*; Geographos *Pomponium Melam*, *Solinum*, *Æthicum*; ſed & *Strabonem*, *Ptolemæum*, *Arrianum*, cujus Periplum Ponti Euxini & Maris Rubri cum Commentario edidit Stukius, & ex Latinis *Plinium* incipietis noſcere: Absque his in lectione Poëtica, Hiſtorica ſemper errabitis, velut in alieno ſolo ignari locorum.

2. De Morali & Civili Philoſophia legite interim *Cebetis Tabulam*, Enchiridion *Epicteti*, cum

cum Commentariis *Arriani*, *Simplicii*, *Hieroclis* opuſcula, *Theophraſti* characteres: Ex Latinis; Philoſophica *Ciceronis*, Stoicum *Senecam*, plenum ſanctis præceptis, & multiplici doctrinâ, *Apulejum* Platonicum, & quos huc refero, *Vitruvium* de Architectura, *Vegetium* de re Militari, cui *Onoſandri* Strategicum, & *Polyæni* Græci, ac *Frontini* Latini Strategemata addere poteritis. Optimi Principis Ideam dabunt *Plinius Iunior* in laudatiſſimo *Panegyrico*, *Tacitus* in vita Agricolæ, & cæteri *Panegyrici* cum Livinei notis editi. Ad meliùs pernoſcendas Philoſophorum opiniones legite *Diogenem Laërtium*, quem cum notis Caſaubonus edidit, *Eunapium Sardianum*, *Heſychium Mileſium Illuſtrium*, qui eorum

vitas

vitas conſcripſerunt: ut ex erroribus faciliùs vos extricetis, legite *SextumEmpiricum*, quem edidit Henr. Stephanus à ſe verſum, *Clementis Alexandrini Stromata*, *Lactantii Inſtitutiones*, *&c. Plutarchum*, *Xenophontem*, & denique Coryphæos *Ariſtotelem & Platonem* ſuo quoque tempore frequentaturi.

22. Hactenus per Poëticam facultatem, de qua arte legendus eſt *Horatius*, & *Iulius Cæſar Scaliger*, perque Hiſtoricorum & Philoſophorum monumenta ducti eſtis usque ad Eloquentiæ Adyta, quæ ut in utraque Lingua feliciter intretis, legetis

1. Scriptores Linguæ Latinæ, *Varronem*, *Nonium Marcellum*, *Verrium Flaccum*, *& Feſtum*, cum Scaligeri Commentario, *A. Gellium*, *&c. Iſidori Etymologi-*

cum

Tragici Poëtæ, Ovidii Faſti, Epiſtolæ Heroicæ, nonnullæ Elegiæ ejusdem & Propertii, *Muſæus de Hero & Leandro*, *Petronius de cauſis Belli Civilis*, *Auſonii Heroes & Cæſares, &c.*

18. Et quia ad ſtudia Hiſtorica jam devenimus, reliquos interim Poëtas miſſos faciemus, revocaturi quosque in ſuo ordine: Interim, ut Poëtis Chriſtianis compendium aliquod, quod ex puris DEI fontibus hauſtum ſit, mentemque in omni ſacra lectione dirigat, ne offendat, conjungendum eſt; ita profanis hisce Mythologis aut Hiſtoricis *Epitome aliqua Hiſtoriarum*, né juventus, quod dici ſolet, ſine baculo ingrediatur: Ad illam, monui jam priùs, referat Lector ſedulus memoratu digna, miſceatque alterno ſtudio Poëtas & Hiſtoricos. Legendi hîc ſunt

cum Heſiodo & Ovidio *Mythologi* Latini, *Hyginus & Fulgentius* editi à Commelino, Græci *Apollodorus in Bibliotheca* de Deorum origine, *Palæphatus* de Incredibilibus, *Phornutus, &c.* & inprimis *Giraldi de Diis Syntagmata*, ac *Natalis Comitis Mythologia*; quos duos tamen non ſuadeo ut totos, à capite ad calcem, ſimul & ſemel perlegat juventus, ſed ut quaſi in præſidio habeat, in aciem educendos, quoties opus erit. Multum quoq; adjumenti afferent, ad omnem Hiſtoriam veram aut fabularem, *Diodorus Siculus*, *Pauſanias*, *Conon & Ptolemæus Hephæſtion*, aliique ſimiles in *Photii Bibliotheca*, *Suidas* in Lexico ſuo. De Diis Gentilium legendi ſunt quoque *Auguſtinus* libris prioribus de Civitate Dei, & *Lactantius*, *Macrobii Saturnalia*, & qui de Deorum imaginibus

 ſcripſe-

ſcripſerunt, ut *Verdierius* Gallus, *Pictorius* Germanus in ſua Apotheoſi: *Clementis Alexandrini* Protrepticon, *Iuſtini Martyris* Paræneticum & de Monarchia, *Arnobius*, *Minutius Felix*, *Cyprianus* de Idololatria, & ut ad Græcos revertar, ordinem temporis ſecutus, *Theodoretus* de curandis Græcorum affectibus, *Cyrillus & Gregorius Nazianz.* in Julianum Parabatam, &c. totam illam profanam ac impiam Theologiam evertunt, opesque variæ eruditionis mirum in modum augent. Sed hos ut Studioſo Philologiæ jam nunc non ignotos velim, ſic Theologiæ Candidato tum demum accuratè legendos cenſeo, cùm poſt poſita Orthodoxæ Doctrinæ fundamenta, ad Studium controverſiarum ſe accinget, ut ante omnia Fidei Chriſtianæ veritatem contra A-

theos

theos adſtruere diſcat, cujus ſtudii fermè neglecti tantò indies major erit neceſſitas, quantò illorum numerus & præſidentia ſuccreſcere videtur. Tum & addendi ſunt *Tertullianus*, & *Iulius Firmicus* Latini, Græci verò *Tatianus*, *Athenagoras*, *Theophilus* ad Autolycum, *Origenes* contra Celſum.

19. Delibatâ Hiſtoriâ ejus temporis, quod Græci μυθικὸν dixerunt, veniendum eſt ad Hiſtoriam veram, ſacram & profanam Eccleſiaſtica deguſtanda ex *Sulpitio Severo*, *Haymonis* Memoriâ rerum Chriſtianarum, *Pauli Oroſii* libris adverſùs Paganos, &c. Profana ex *Herodoto*, *Iuſtino* Trogi Epitomatore, qui primam & ſecundam Monarchiam maximè illuſtrabunt: Tertiam Græcorum, *Diodorus Siculus*, *Xenophon*, *Thucydides*, *Arrianus de Alex. M. &c.* ex Lati-

nis *Curtius*, *Cornelius Nepos* de Excellentibus viris, cum *Plutarchi* vitis conferendus: Quartam Scriptores Hiſtoriæ Romanæ, quorum præcipui *Dionyſius Halicarnaſſeus*, *Appianus*, *Polybius*, Græci; *Florus*, *Vellejus Paterculus*, *Salluſtius*, *Sextus Aurelius Victor*, & grandiores *Livius*, *Tacitus*, *Suetonius*, reliquique hiſtoriæ Auguſtæ conditores. Sed extant, inter *Hugonis Grotii de ſtud. rectè inſtit.* Diſſertationes, de Hiſtoricorum lectione diverſa Doctorum virorum conſilia. Ego Tyronem Scholaſticum iis formare ſtudiis profeſſus ſum, quæ quaſi προϋποστυφαί τινες ſunt, quibus tinctum imbutumque oporteat futurum Theologum, aut Scholaſticum Doctorem.

20. *Scholiaſtæ* quoque & *Commentatores* veteres Poëtarum penu hoc Hiſtoricum aut Mythicum

cum locupletius reddent *Euſtathius* in Homerum, *Iſaacius Tzezes* in Lycophronis obſcuriſſimam Caſſandram,&c. *Servius* in Virgilium, *Luctatius* in Statium, &c. *Nonnus Panopolites*, cujus Paraphraſis legitur in Johannem, & Dionyſiaca extant, ſcripſit brevem expoſitionem Fabularum & Hiſtoriarum in Gregorii Nazianzeni Steliteuticas adverſùs Julianum Imperatorem,&c.

21. Progredimur *ad Philoſophiam* & Encyclopædiam, quæ quamvis in Academiis pleniùs tractetur, velim tamen vos Lectione quorundam claſſicorum Authorum quodammodo præparatum pectus ad illa ſeriora ſtudia adferre,& Poëtas iterum miſcere cum ſcriptoribus ſoluti ſermonis. Legendos itaque ſuadeo

1. De Philoſophia Naturali *Lu-*

cretium cum Commentatio Lambini, aut Indice Giſanii, qui de rerum Natura Epicuri doctrinam elegantiſſimè explicavit: *Arati* Aſtronomica, cum *Manilio*, in quem Commentarium elaboratiſſimum ſcripſit Joſephus Scaliger, ut & Aratéa *Germanici, Ciceronis, Avieni*, cum Commentariis *Baſſi, Hygini*, & Hugonis Grotii: *Dionyſii Orbis Periegeſin*, cum Latina verſione *Priſciani*, vel Avieni & Commentario *Euſtathii*: *Oppiani*, cum Commentario Rittershuſii, *Gratii* item, & *Nemeſiani*, *&c.* de venatione, &c. Denique *Macrum*, & *Q. Serenum Sammonicum*, de re Medica. His aſſociabitis *Ariſtotelis Phyſic.* cum tempore, *Theonem, Proclum, &c.* in Aratum, *Euclidæ* Geometrica, *Theophraſtum* & *Dioſcoridem* de

de plantis, *Hippocratem & Galenum*, qui Philologo variam & miſcellaneam eruditionem quoque miniſtrabunt. Interim verò evolvetis quædam *Cornelii Celſi* Medicorum Latinorum Ciceronis; ſcriptores rei Ruſticæ, quorum diſertiſſimi *Varro & Columella*; Aſtronomum *Julium Firmicum*; Geographos *Pomponium Melam*, *Solinum*, *Æthicum*; ſed & *Strabonem*, *Ptolemæum*, *Arrianum*, cujus Periplum Ponti Euxini & Maris Rubri cum Commentario edidit Stukius, & ex Latinis *Plinium* incipietis noſcere: Absque his in lectione Poëtica, Hiſtorica ſemper errabitis, velut in alieno ſolo ignari locorum.

2. De Morali & Civili Philoſophia legite interim *Cebetis Tabulam*, Enchiridion *Epicteti*, cum

cum Commentariis *Arriani*, *Simplicii*, *Hieroclis* opuſcula, *Theophraſti* characteres: Ex Latinis; Philoſophica *Ciceronis*, Stoicum *Senecam*, plenum ſanctis præceptis, & multiplici doctrinâ, *Apulejum* Platonicum, & quos huc refero, *Vitruvium* de Architectura, *Vegetium* de re Militari, cui *Onoſandri* Strategicum, & *Polyani* Græci, ac *Frontini* Latini Strategemata addere poteritis. Optimi Principis Ideam dabunt *Plinius Iunior* in laudatiſſimo *Panegyrico*, *Tacitus* in vita Agricolæ, & cæteri *Panegyrici* cum Livinei notis editi. Ad meliùs pernoſcendas Philoſophorum opiniones legite *Diogenem Laërtium*, quem cum notis Caſaubonus edidit, *Eunapium Sardianum*, *Heſychium Mileſium Illuſtrium*, qui eorum vitas

vitas conſcripſerunt: ut ex erroribus faciliùs vos extricetis, legite *SextumEmpiricum*, quem edidit Henr. Stephanus à ſe verſum, *Clementis Alexandrini Stromata, Lactantii Inſtitutiones, &c. Plutarchum, Xenophontem,* & denique Coryphæos *Ariſtotelem & Platonem* ſuo quoque tempore frequentaturi.

22. Hactenus per Poëticam facultatem, de qua arte legendus eſt *Horatius,* & *Iulius Cæſar Scaliger*, perque Hiſtoricorum & Philoſophorum monumenta ducti eſtis usque ad Eloquentiæ Adyta, quæ ut in utraque Lingua feliciter intretis, legetis

1. Scriptores Linguæ Latinæ, *Varronem, Nonium Marcellum, Verrium Flaccum, & Feſtum,* cum Scaligeri Commentario, *A. Gellium, &c. Iſidori Etymologicum*

cum perluſtrâſſe quoque ne pigeat, repertis in rudi centone multas elegantes veterum purpuras.

2. Scriptores Linguæ Græcæ, *Onomaſticum Iulii Pollucis* ex edit. Sylburgii, *Athenæi Dipnoſophiſtas*, inter Lexicographos *Heſychium*: mitto cæteros, de quibus Photius in Bibliotheca, edidit quosdam Hœſchelius, &c.

3. Progymnaſmata *Theonis* edita ab Heinſio, *Aphthonii*, quæ *Priſcianus* Latinè interpretatus eſt.

4. Inſtitutiones de arte Rhetorica, *Ariſtotelis, Ciceronis, Quintiliani*: quibus addere utile erit *Hermogenem, Demetrium Phalereum, Longinum, Dionyſium Halicarnaſſ. &c. Voſſii Comment. Rhetorica* erunt inſtar omnium.

5. Epi-

5. Epiſtolas Græcas elegantiſſimas *Gregorii Nazianzeni*, *Syneſii*, *&c.* Latinas *Ciceronis & Plinii Iunioris*: *Hieronymi* quoque ut piæ, ita & elegantes ſunt: *Symmachi*, *Sidonii Apollinaris*, *Caſſiodori* & Græcorum quorundam ab Aldo Manutio editæ, ſuo loco & tempore ſequantur.

6. Declamationes & Orationes *Libanii*, *Philoſtrati*, *Luciani*, *Iuliani Imp. Themiſtii*, *Ariſtidæ*, *Maximi Tyrii*, *Decem Græciæ Rhetorum*, inprimis *Lyſiæ*, etſi ſtrigoſior videatur Ciceroni, *Æſchinis*, *Iſocratis*, & qui arcem tenuit, *Demoſthenis*; & ex Latinis, *Senecæ Patris*, *Quintiliani*, *Poſthumii Iunioris*, *Calphurnii Flacci*, omniumque Principis *Ciceronis*: Homiletica noſtrorum, ut *Baſilii*, *Gregorii Nazianzeni*, *Gregorii Nyſſeni*, *Chryſoſtomi*,

mi, Græcorum; & ex Latinis *Zenonis Veronenſis, Petri Chryſologi, Valeriani*, quædam Ennodii, probo & Latino elegante ſtylo conſcripta, non contemnetis.

7. Vultis & literatam remiſſionem? Nam *Grajo Schola nomine dicta eſt, juſta laboriferis tribuantur ut otia Muſis*, teſte Auſonio. Dabunt *Ioco-ſeria* Græca; *Heliodorus Æthiopicon Scriptor*, *Achilles Tatius* de Amoribus Clitophontis, & Leucippes, *Euſtathius* de Amoribus Iſmeniæ & Iſmenes: *Longus Sophiſta* in Paſtoralibus: *Philoſtratus* de vita Apollonii Thyanæi; *Hierocles* in Facetiis, *Artemidorus* in Onirocriticis, &c. Latina, *Petronius* in Satyrico, *Apulejus*, in Metamorphoſi de aureo aſino, quam & *Lucianus* Græcè conſcripſit, cujus *vera hiſtoria* quoque

quoque in hoc albo recenſenda, &c. *Ridentem dicere verum,* aut & ridendo diſcere, *quid vetat?*

23. Summa ſummarum eſt; quod Auſonius Nepoti præcepit, hoc ego inculco Tibi, ſtudioſa juventus, ſi ad veram variamque eruditionem adſpiras, *Perlege, quodcunq; eſt memorabile!* Habetis Ducem Siracidem, videte ejus prologum & cap. 39. Paulum Apoſtolorum λογικώτατον, qui quantum in Poëtis profecerit, publicè profiteri non erubuit, & tot multiſcios Doctores Eccleſiæ, Clementes, Juſtinum, Tertullianum, quorum ſcripta ſi legetis, nihil iſtorum librorum non pervolviſſe intelligetis. Invenietis his literis & tum expugnatam fuiſſe Gentilium impietatem, & parentum ſeculo triumphatum de Barbarie, ejus-

ejusque pediſequâ inſcitiâ, rudi-
tate, ſuperſtitione. Facilè hæ re-
gnum recuperabunt, ſi illæ à no-
bis ſpretæ in exilium iverint. Co-
gitate Vitruvium de Theologica
Architectura vobiſcum loqui: *Cùm tanta hæc diſciplina ſit condecorata & abundans eruditionibus variis ac pluribus, non puto poſſe juſtè repentè ſe profiteri architectos, niſi qui ab ætate puerili his gradibus diſciplinarum ſcandendo, ſcientiâ plurium literarum & artium nutriti, pervenerint ad ſummum Templum:* Legite & expendite cætera ex lib. 1. cap. 1. Nec deterreat vos numerus, etſi non omnes annumeraverim vobis, ſed excitet ſtudium & alacritatem. Non eſſe difficile factu, quod ſuadeo, experiemini, facite periculum. Incidit adoleſcentia mea in hæc ſtudia, non ullius hominis ductu, ſed caſu dice-

rem, niſi Divinum Numen gratus adorare compellerer. Et quamvis præproperè abſtractus ad altiora fuerim, ut Sacram meam Spartam exornarem, tamen adhæſit amor ex percepta voluptate, quam utilitas maxima commendationem mihi fecerat. Itaque quod *praſſcini* dictum volo licuit maximam citatorum partem legere, & ex illorum decerptis floribus Corollam contexere; neque hoc ἔργον fuiſſe, ſed πάρεργον & pro alea ac fritillis, ſciunt qui, quos per viginti & ampliùs annos in Eccleſia labores ſuſtinuerim. Vos in carceribus adhuc ſtatis, & jam ſubſiſtetis, metam finemque circumſpicietis, ac *ſtrigare vobis*, ut cum Seneca dicam, *permittetis*? Majus opus reſtat! *Non eſt ad aſtra mollis è terra via.*

24. Nam cùm tandem poſt hæc

hæc ſtudia in Theologiæ Templum admiſſi, paullum quaſi *ultra labra luſtralia*, ut dici ſolet, eritis progreſſi. 1. Syſtema aliquod Theologiæ Theticæ animo imprimendum erit, ut ſeriem articulorum fidei, & ſummam pernoſcatis: 2. Errores præcipui puræ huic Theologiæ contrarii obſervandi erunt, cum brevi eorum hiſtoria de origine, & ſtatu controverſiæ, ut caveatis. 3. Tum verò deindè S. Scriptura à vertice usque ad talos pervidenda, non tantùm in vernacula lingua, quam Boni publici cauſâ, cui vos devoviſtis, percalleatis oportet; neque in ſola Latina vulgata, è qua Disputationes inſtituuntur; ſed & in Originali Hebræa & Græca. Et quia *quàm properè legitur, tam propè negligitur*, danda vobis omninò opera eſt, ut quantum ejus fieri poteſt,

teſt, intelligatur. Ita collatione opus erit cum aliis ſcriptoribus ſive Eccleſiaſticis, ſive etiam non rarò profanis. Ad prolixos Commentarios abs re eſt vos amandare, vix ætas perlegendis ſufficiet, & ubi ad rem ventum erit, plerunque auxilium erit intermortuum. 4. Interim Diſputationibus acuere ingenium & judicium, Sacrisque ſermonibus os & pectus præparare ad ſacram eloquentiam æquè neceſſe erit. Qui ſerò ad hoc concionandi exercitium acceſſerint, ſeram fiduciam comparant, & ſæpè fiunt omninò inepti. His exercitiis oportet Philoſophiam & Philologiam ancillari. Quare *altero quaſi ab ovo* hæc ſtudia redordienda ſunt. Poſt hæc omnia ne arcem vos attigiſſe putetis, veniendum tandem ad ſtudium Hiſtoricum Eccleſiaſticum,

ut certaminum ortus & progreſſus diſcatis, armaque, quibus vel Hæretici freti impetum in DEI Civitatem fecerint, vel Orthodoxi pro aris & focis depugnaverint, perſpiciatis, &c. Nec fieri poteſt, ut vel Eccleſiæ tempora digerantur, vel fata explicentur ſine conjunctione Hiſtoriæ omnisq; literaturæ profanæ. Tantæ moli, tot curis, quæ hominis ætas, qui humeri poſſint ſufficere? Et tamen ſummis viribus annitendum vobis eſt, ut ſi non ſumma omnia conſequamini, non infra media ſubſiſtatis, parvo Eccleſiæ & veſtri ipſorum cum emolumento, ornamento; magno potiùs cum illius dedecore & incommodo, & veſtro, veſtræque etiam fortaſſis animæ, cum irrecuperabili detrimento: ſi quod Divina vobis gratia largâ promptâque manu offert,

fert, vos ignavâ, ingratâ, impiâ mente, ad furfures tantùm feſtinabundi, aſpernemini & reſpuatis.

VIÆ COMPENDIVM.

I.

PUtaveram me officio & munere meo defunctum, ſed neſcio, quis aurem mihi vellit, & admonuit: eorum quoque rationem haberem, qui ſtudia ſua infeliciter exorſi, ſero fortè, ſed tamen ſerio conatu ad profectum adſpirarent; ſtatuamque quaſi vialem ponerem, quâ in viam reducerentur. Non abnuo: Atque id inprimis moneo, ne animum abjiciant, aut in ſocordiam ruant, quia *deſponderint ſapientiam. Magnæ rei,* ait Columella, *quantulumcunq; poſſederis, fuiſſe participem, non minima eſt gloria.* Deinde *nemo reperitur,* quæ Quintiliani verba ſunt,

qui ſit ſtudio nihil conſecutus, turpiterq́, deſperatur, quod fieri poteſt.

2. Propono mihi ejusmodi hominem, qui ſpatia ſua mediocri diligentiâ in curriculo ſcholaſtico confecerit, poſtque aliquantam Latini Græcique ſermonis ac Logicarum artium notitiam ſeſe jam ad graviora Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudia accinxerit. Te igitur, quisquis es, alloquor, atque hoc tibi etiam atque etiam inculco, ante omnia: Ne Philologiæ ſtudia magno inſuper habeas cum ſupercilio; ne curioſam, ſpinoſam, otioſam illam Ματαιοσοφίαν, quæ ſe vano Philoſophiæ nomine venditat, ita depereas, ut quicquid literarum extra eſt, ſusque deque feras; ne ſcholæ potiùs diſcas quàm vitæ, & diu quæras, quod etiamſi inveneris, amittere tamen oporteat, nec retinere ex

uſu ſit. Maxima & optatiſſima bene ſtudendi occaſio hoc vulgato errore perit, nugas maximas agentibus; qui *pro Iunone Ixioniam nubem* amplexati, cùm ad ſe redierint, cùm jam publicis officiis admoti fuerint, pro theſauro carbones cumulâſſe ſe intelligunt, nihilque reperiunt, quod Bono Publico promere ex ſe poſſint: *plenus ſacculus eſt aranearum.*

3. Jungendæ itaque, quas & ſororio quodam vinculo colligavit ipſa naturæ cognatio & quaſi conſanguinitas, Philoſophia & Philologia. Ita fiet, ut neque illa exſucca, exſanguis, elinguis, & ſterilis, neque hæc futilis planè ſit & inanis. Et quia ordinaria tua ſtudia, quæ præſtantiſſimi Præceptores meliùs moderabuntur, non interpellare mihi animus eſt, quin potiùs, quod in ſacris olim exclamabant

bant Præcones, tibi dictum velim: Hoc Age! tantùm id præcipere operæ videtur pretium, quonam pacto ſtudio privato conſequi poſſis, ut variarum ac maximè neceſſariarum rerum notitiâ inſtructus, citiùs ac feliciùs in publicis ſtudiis proficias, finemque eorum tandem attingas, qui eſt, quàm plurimis prodeſſe.

4. Hunc in ſcopum intento animo, de Literarum *præſidiis* magis diſpiciendum eſt, quàm de *ornamentis*. De utrisque paucis. Literarum *præſidia* verò voco, quæ per omnem vitam, in quacunque ſtatione, neceſſaria ſunt, eaque lectione & meditatione Philoſopho-Philologicâ & Hiſtoricâ maximè comparantur. *Ornamenta* dico, quæ habentem commendant, etſi non tantùm proſint Reipublicæ, quantum illi, quem con-

condecorant: qualia ſunt, facultas Poëtica egregium aliquod carmen conſcribendi, & Linguarum Græcæ, Latinæ, aut & Orientalium perfectior cognitio. Neque tamen fieri poteſt, quin animus ſeriò in neceſſaria ſtudia incumbens, ſimul vario iſtiusmodi cultu veſtiatur & venuſtatem plurimam ſibi conciliet, vel aliud agendo.

5. Cæterùm inter ea *præſidia*, quæ futuro Theologo ſummè neceſſaria videntur, alia puto Lectioni Sacrarum Literarum accuratiori præmittenda, alia cum ea ipſa conjungenda. Præmittenda ſunt 1. notitia generalis aliqua *Hiſtoriæ* primò Mythicæ, deinde veræ: 2. in utraque facem præfert *Geographia*, ſive deſcriptio orbis terrarum, cui accedat oportet mediocris *Sphæricæ doctrinæ*

cognitio. Sine utraque errabis non modò totâ regione viarum, ſed & toto cœlo. Tum 3. ſequatur *Philoſophia* vera & ſobria: ubi, ut A Gellius monet, *Enniani Neoptolemi conſilio* hac quidem tenus *attendum eſt; qui deguſtandum ex Philoſophia cenſet, non in eam ingurgitandum.*

6. Itaque quia face tibi & viatico hoc iter ingreſſuro opus eſt, à Geographico & Sphærico ſtudio cenſeo incipiendum. Duces erunt vel Kekermannus, vel Alſtedius, vel Cluverius, &c. Sunt enim ferè innumeri, nec cujusquam honori quicquam detractum volo. Id tantùm ex re tua fore promitto, ſi cum Introductione Geographica, puta Cluverii, legas ex Latinis elegantiſſimum libellum *Pomponii Melæ*, ex Græcis *Dionyſii Periegeſin*, cum verſione *Priſciani*, &

& commentario *Euſtathii.* Breves libelli ſunt, nec difficiles. Et ſi dignus vindice nodus incidat, cave, teneri te ſinas: Alexandri gladio moram omnem præſcinde, & perge. Dies diem docebit & *- res accendent Lumina rebus.* Quod tibi ſemel dictum, animoque tuo altè infixum eſto.

7. Menſem tribuo tibi integrum ad hanc lectionem, diſpenſator temporis tui liberalis: alterum adjicio ad Lectionem Sphæricam, in qua probato aliquo authore perlecto, non ludes operam, ſi addas *Arati, Germanici, & Avieni* Poëtarum Phænomena, *Macrobium in ſomnium Scipionis*, perluſtratis obiter *Hygini Poëticis Aſtronomicis*, & *Martiani Capellæ* lib. 6. de Geometria, & lib. 8. de Aſtronomia. Tam facilè hos tantulos libellos intra hoc ſpatium

perleges, quàm mus pirum comeſt.

8. Pererrato orbe terrarum hoc bimeſtri [*ô quantum terræ, quantum cognoſcere cœli permiſſum eſt!* Valer. Flaccus l.1. Argonaut.] Mythologiæ tibi quaſi domum reverſo perſpiciendæ ſunt. Nec te cum pueris pigeat ad fabulare ſtudium animum advertere. Non tamen jubeo te *Lamiarum turres & Solis pectines* diſcere, qualia nutrices narrant pueris inter ſomni difficultates. Rideat hæc ſeverus aliquis Cato; at ſi ei ex vulgatis Latinis Græcisve Bibliis *Amalthea cornu, Orionem, Gigantes, Sirenas, Mercurii acervum, &c.* quaſi offam objeceris, quam lentis edet maxillis? quomodo trepidabit, ne pueris ſe deridendum præbeat? Mitto alia? hoc tibi affirmo, ſi quis ab hac literatura abſtinuerit, nullum

lum bonum Scriptorem intelligere poſſe. Tu *Heſiodi Theogoniam*, cum *Hygini* Latinis *fabulis*, & *Apollodori Græca Bibliotheca* primùm evolve: deinde *Ovidii Metamorphoſin, cum Sabini commentariolo* perlege, Natalem Comitem in præſidiis habe. Intra menſem unum, & plusculum fortè ampliùs, ſummam Hiſtoriæ Fabularis omnem, eamque in ſua tempora pulcherrimè ab ingenioſiſſimo hoc Poëtarum digeſtam [quo fine obiter ſimul vel Carionis, vel Bucholceri, vel Petavii Chronologias addes] pernoſces, eâdemque operâ, quæ Poëtica Theologia fuerit, quidque de creatione Mundi, Aureo Seculo, Diluvio, & aliis ad fidem noſtram ſpectantibus ſtatuerint, quibusve ex fontibus ſua hauſerint, non ſine magna voluptate, deprehendes.

9. Quod ſupereſt anni hujus primi, concedo *Studio Hiſtorico* totum. Lege mihi *Sleidanum de IV. ſummis Imperiis*, eique adde, ſuis ſingulos locis, *Sulpitii Severi* elegantiſſimam *Hiſtoriam Sacram*: Chriſtianorum Salluſtium ſi dixero, ſcio aſſenſuros eruditos omnes: *Pauli Oroſii adverſùs Paganos Hiſtoriarum libros VII. Iuſtinum, Curtium, Florum, Vellejum Paterculum, Sext. Aurelium Victorem, Eutropium*. Omnes ferè ita breves ſunt, ut faciliùs in nuce patiantur includi ſe, quàm Ilias Homeri.

10. Proximum annum imputo *Philoſophiæ*, & ſi vitæ tuæ ratio, ætas, ſcopus, ſumptus ita fuerunt, etiam tertium. Vide, ut prudenter eroges; facies, ſi *Phyſicis* auſcultationibus conjungas *Solinum*, Plinii Simiam, *Thaumatographiam*, ex recentioribus *Ionſtoni*, *Apule-*

Apulejum de Mundo Græco-Latinum, *Lucretium* è Poëtis,& qui de Rebus naturalibus particulatim ſcripſere, ut ſunt; de Gemmis, *Marbodeus* Poëta, & *Rueus* recentior: de Herbis & plantis Biblicis *Levinus Lemnius*, de animalibus *Plinius, & Ælianus*,& ex noſtris de Biblicis *Franzius*, ut & *Buſtamantius* de Reptilibus Scripturæ: Qui Poëtæ præterea huc faciant, jam indicavi. *Ariſtotelem, Scaligeri Exercitationes* & alios, qui in omnium ore & manibus, citare quid opus erat? Cum *Ethicis* Ariſtotelcis, Stoica tractare convenit, *quæ noſtro dogmati in plerisq; concordare* dixit Hieronymus in Eſaiam: Habes hîc *Lipſii Manuductionem & Sciopii Epitomen*, ac ex veteribus *Epictetum*, ejusque Interpretes Simplicium *Arrianum*: *Seneca* quædam,ut; *de Beata*

Vita, Tranquillitate, cur Bonis viris mala accidant? de Ira, de Beneficiis, & nonnullas *Epiſtolas*. Philoſophica *Ciceronis*, in quibus Academico more diſputat, ut *nullius addictus juret in verba Magiſtri*, huc ſpectant. Ejus *de Officiis* Libri, Epiſtola ad *Q. Fratrem*, quædam ad Familiares, & *ad Atticum* pleræque omnes; *Plinii Panegyricus*; ex Hiſtoricis *Tacitus*, ut & ex Græcis *Dion*, politicum judicium informabunt: Theologiæ Candidato non contemnendi, vel ideò, ut Sophiſmata illa & artes arcanas obſervet regnantium, quas nec olim in Populo Dei ignoratas fuiſſe, S. Literæ oſtendunt. Scripſit *de Arcanis Rerumpubl. Clapmarius*, & magna cum utilitate legentur quoque *Saavedræ Symbola.* Sed habet juventus hîc, quos auſcultet. Ad hoc quoque ſtudium perti-

pertinet Ulyſſis induſtria - *Multorum mores hominum qui vidit & urbes*. Tu prudentiam iſtam minore curriculo & nullo periculo colliges, perluſtratis *Boëmi & Alexandri Sardi* de Moribus Gentium Libellis, quibus ſervient illuſtrandis *Athenæus*, *Alexander ab Alex. Dierum Genialium* ſcriptor, &c. Reliquos ſuo loco & tempori reſervo.

11. Jam ad Theologiæ limina ſtamus: ejus adyta feliciter adituro ſeries Locorum Theologicorum ex Compendio aliquo addiſcenda, ſacræque Literæ ita evolvendæ ſunt, ut lectione primâ ſenſum Literalem, quantum ejus fieri poteſt, percipiat. De *Compendio Theologico* viderint, in quorum fidem & clientelam ſtudia veſtra commendata ſunt. Horas verò ſubceſivas non malè collocabitis,

qui

qui *Ariſtotelis Metaphyſica*, *Ciceronem de Natura Deorum*, *Lactantii Inſtitutiones*, *Minutii Felicis Octavium*, *Auguſtini Enchiridion & de Hæreſibus ad Quodvult Deum* interim obiter inſpicietis. Lectio Biblica inchoanda videtur *à ſacris Gnomologicis*, quos & cum Ethica lectione conjungere utile pariter atque jucundum erit: Talia ſunt Proverbia Salomonis; Epiſtolæ Canonicæ, maximâ ſui parte; purpuræ illæ Paulinarum Epiſtolarum, quas graviſſimis Disputationibus pro more aſſuit; & Siracidæ Eccleſiaſticus, ex profanis Scriptoribus collectus, ut undè hauſerit, accipere non minùs ſuave ſit, quàm commodum. Legantur igitur ſimul *Phocylidæ*, *Pythagoræ*, *Theognidis* carmina: Gnomologia *Neandri*: *Stobæi* Collectanea: *Flores Poëtarum*: variorum *Apo-*

Apophthegmata, *&c.* Proficiſcendum hinc *ad Hiſtoricos Libros*, in quibus & *IV.* Monarchiarum & quarundam Rerumpubl. habetur deſcriptio. Res itaque Judæorum dilucidabunt *Ioſephus contra Apionem*, *& in Antiquitatibus*, *Sigonius*, *Bertramus*, *Cunæus de Republ. Hebræorum:* Res Aſſyriorum, Ægyptiorum, Perſarum, *Herodotus*, *Diodorus Siculus*, *Xenophon:* Res Græcorum iidem, *Pauſanias*, *Plutarchus* in Solone & Lycurgo, & Quæſtionibus Græcis, &c. magno compendio *Ubbo Emmius* elegantiſſimo libello de Græcorum Rebuspubl. Faciunt ad hoc argumentum *Briſſonius de Regio Perſarum Principatu*, *Sigonius de Republica & Poſtellus de Magiſtratibus Athenienſium*, *Meurſii Athenæ*, *&c.* Res Romanorum *Dionyſius* inprimis *Halicarnaſſeus*, & quos *in Rep.*

Roma-

Romana Scriverius collectim edidit, ut & Compendium operum Lipſii de rebus Romanorum ſub titulo *Romæ illuſtratæ* recuſum Lugduni anno 1645. &c. Reliquos Hiſtoricos priſcos nondum moneo volvendos, niſi opus ſit aliquando conſulere. Ita in Moſe adhibendi ſunt in conſilium, qui de Aſſyriis, Chaldæis, Ægyptiis ſcripſerunt, qui & Regum ſacram Hiſtoriam illuminabunt. Eſdram, Eſtheram Danielem vix intelligent, qui Perſicas res ignoraverint: nec Maccabæorum hiſtorias, qui Græcas: nec Evangelicas, qui vel has, vel & Romanas. Apocalypſis, ut paſſim ad Græcos ritus alludit, ſic temporum inſequentium Tragœdiam repræſentat, nulli perſpiciendam, niſi lucem ei hiſtoria accendat: Par cæterarum omnium prophetiarum ratio eſt,

eſt, quarum hæc Apocalypſis & centrum eſt & circumferentia: His itaque ultimum locum reſervavi, & quia ſtylo Poëtico conſcriptæ ſunt, Symbolico, Hieroglyphico cultu veſtitæ, quo in genere maxima verſatur interpretandi difficultas, nemo negabit, ad eruendum literalem ſenſum, ejusmodi conferre Scriptores, perquam eſſe utile. Cape ſis exemplum unum & alterum, & quidem ex futiliſſimo ſcriptore, Artemidoro: Quid Sol, Luna, Stellæ in ſomnio Joſephi? *Pater, mater, liberi.* Cur ſcalam videt Jacobus? *Quia peregrinationis ſignum eſt ſcala.* Quænam eſt auris audiens apud Salomonem, Prov. 20. *ſubditus obediens.* Quid cucurbita Jonæ? *vana ſpes.* Quæ corona Petri Amarantina? 1. Petr. 5. ℣. 3. *immarceſſibilis piè defunctorum gloria:*

ria: Hæc ille & alia id genus plurima. Sic Poëtæ, ut Prophetæ, *Solis ventorumq́ alas* pingunt, hos etiam *diverſicolores*, & *ex chalybeis montibus* educunt, ut Zachar. cap. 6. &c. De his aliàs vitâ comite.

12. His literis imbutus feliciter incipies tractare *Theologicas controverſias*, in quibus, magno ſuo & Eccleſiæ malo, juventus ferè proram ponit ſtudiorum Theologicorum & puppim. At res ipſa docet, difficillimos nodos hæreticorum expediri non rarò facillimè non modò ex verborum, ſed & ex rerum ipſarum penitiore notitia, quæ Philologiæ propria eſt. Hebræarum, Græcarum, Latinarumque rerum ac Literarum ignorantia omnes ferè hæreſes vel peperit, vel educavit & aluit. Denique *Sacræ Oratoriæ* candidatus undè dicendi artem, & exempla

pla poſſit petere, jam ſuprà commonſtravi,& qui per hæc indicata veſtigia hucusque proceſſerit, meo aut alterius vix indigebit deinceps ductu. *Principium in omni re*, ajunt, *eſſe grave. Dimidium facti, qui cœpit, habet, ſapere aude, Incipe.* Qui ſemel voluptatem, quâ iſta ſtudia condita ſunt, perceperit, non metus eſt, ne faſtidiat; magis cavendum, *ne quaſi guſtatâ Loto ad navim redire nolit*, & in his amœnis conſeneſcat. Hæc, uti inter varias occupationes in mentem fuere perfunctoriè conſignata, boni æquique ut conſulas, quicunque eris, rogo.

——*Si quid noviſti rectius iſtis,*
Candidus imperti: ſi non; his utere mecum.

FINIS.

Lege p.87.l. pen. affectuoſa. p.101.l.6.ibi.

30